tra ſocium criminis. Ita dixit Raph. Fulgo. in conſil. ſuo 126. incip. ſuper eo. in vlt. col. & in conſi. 173. inc. in cauſa inquiſitionis. in 1. colum. & Io. de Ana. in conſi. 59. in incip. viſa inquiſitione. & do. Philip. Dec. in conſi. 189. incipien. lætatus ſum &c. in fi. & in conſi. 175. in cauſa falſitatis. in 2. colum. verſi. ſecundo dato quòd eius dictum deberet attendi. & faciunt dicta per do. Floria. in l. repetita. ff. de fide inſtrumen. Teneas menti prædicta requiſita ad hoc vt iudex poſſit formare inquiſitionem contra aliquem: ne, quando eris iudex, errares & indebite formares inquiſitionem contra aliquem. Quoniam iudex
94 † temere & indebite formans inquiſitionem contra aliquem, & iniuſte inquirens, tenetur ad ſumptus litis, ſecundum Cyn. in l. ſancimus. C. de iudi. & Bald. in l. non ignorat. C. de fruct. & litis expen. de quo latius per Catald. in tract. ſuo ſyndic. in verſicu. 133. incip. adde quod iudex tenetur. & vide quæ dixi in l. patre vel marito. in 4. col. circa medium. ff. de quæſtio. An autem quando iu-
95 dex male inquirit ad denunciationem ſyndici † tunc faciat litem ſuam, ſicut ſi motu proprio inquiſiuiſſet? vide Bal. in l. ſecunda. §. ſi præſes. ff. de magiſtrat. conue. vbi videtur tenere quod ſic, licet contrarium videatur in l. 2. in
96 §. ſi publico. ff. de adult. vbi dicit Cyn. quòd fama † ſeu indicia releuant iudicem quantumcunque indebite inquirentem. vt ibi per eum in 12. quæſtione. Et dicit Bal.
97 in l. fi. C. de probatio, quod ſemiplena probatio † releuat accuſatorem a calumnia, niſi reus contrarium plene probet. & hoc etiam voluit Bal. in additio. Spec. in titu. de accuſatione. in penult. verſi. vbi dicit quod vnus teſtis excuſat accuſatorem à pęna talionis. & ſimiliter debet excuſare iudicem inquirentem per ea quæ ſupra dixi de accuſatione & inquiſitione. Et ſcias etiam circa
98 hanc materiam quod licet inquiſitio non probetur, † tamen iudex, qui proceſſit ad inquiſitionem ex officio nō præſumitur in dolo, nec in calumnia: nec præſumitur quod falſo proceſſerit ad inquirendum. ita dixit Bald. in l. athletas. in §. calumniator. in 1. colum. poſt medium. ff.

de



de his qui notan. infam. & ibi idem dicit in accuſatore. Et vide Bal. in l. fi. in 2. col. C. de teſtib. vbi dicit, quod teſtes examinati extra iudicium per ſyndicum ſuper in-
99 quiſitione, ipſum excuſant † alleg. glo. in l. ſi cum quęſtio. ff. de his quibus. vt indig. de quo etiam per Alex. in l. Athletus ſeruus. ff. de falſis. Et idem firmauit Ang. in l. quæro. in §. ſeruum. ff. de ædil. edic. quem omnino vide. Scias etiam quòd quando iudex inquirendo non ſeruat ſuperius dicta, & alia requiſita ad validitatem inquiſitionis, ſed procedit extra ordinem contra aliquem delinquentem, quod tunc non poteſt ei imponere pęnam ordinariam ipſius delicti, ſed mitiorem debet ei imponenere, Ita dixit Bal. in reper. ſuo. in verſi. pęna in vl. col. in ver. inc. pęna ordinaria. ad quod alle. c. quęadmodū. i fi. de iureiu. & quæ habentur in c. 1. in fin. de exceptio. An autem iudex inquirens poſſit facere ſaluum conductum reo in
100 quiſito † ab omnibus proceſſibus, ſeu condemnationibus contra eum exiſtentibus, vt veniat ad ſe defendendum ad inquiſitionē contra eum formata, vide Bar. in l. qui reus. ff. de publ. iudi. & Ang. in ſua diſputatione inci. Bonon. quidam. & late per Catal. alios allegans in tract. ſynd. in ver. 571. incip. adde quòd iudex poteſt dare &c. Et vide etiam do. Maria. Socin. in repet. rubricæ. extra de dilatio. in 30. char. in 2. col. Et ſcias in hac materia inquiſitionis formandæ, quod quando delictum non eſt punibile, non poteſt de eo vel ſuper eo formari inquiſitio, ſecundum Bar. & alios in l. vbi pactum. C. de tranſa. & Bal. in l. decuriones. C. de infa. pro quo facit, nam ſi exceptio iſta videlicet, delictum commiſſum eſt impunibile, impedit litis ingreſſum, ſecundum Bart. in l. ſi ſeruus. C. de his qui ad eccle. confu. quem refert & ſequitur Iaſ. in rubri. C. vt nemo priua. circa princ. & idem voluit Iaſo. vbi latius loquitur in l. nam & poſtea. in prin. in 2. col. ff. de iureiuran. de quo dixi etiam in conſil. meo. incip. ſpiritum ſapientiæ &c. in fi. Alia plura facientia ad materiam inquiſitionis formandæ, vide per Bertach. in reperto. ſuo. in verſic. inquiſitio, &c. per diſcurſum illius ver

bi,

bi. plene loquitur in materia. Hippolyt. de Marſil. Iuris Vtriuſque Doct.

## SVMMARIVM.


1 *Cauſæ criminales non dirimuntur iuramento iuris.*

2 *Iuramentum in ſupplemẽtum probationis an deferatur in cauſis criminalibus. 4. 5.*

3 *Statutum quòd de damno dato ſtetur iuramento damnificati, an habeat locum in cauſa criminali.*

4 *Furtum, & damnum ſunt diuerſa.*

6 *Reus confeſſus ſi non appareat de delicto ſaltem per famam, an puniendus.*

7 *Confeſſio impoſſibilis etiam ſpontanea an noceat confitenti reo.*

8 *Confeſſio non veriſimilis an obſit confitenti.*

9 *Confeſſio incidenter facta an ſit potens ad puniendum confeſſum pœna ordinaria.*

10 *Confeſſio tempore inhabili facta an quicquam operetur. & quid ſi alias fuit contra eandem confeſſionem ſententiatum. nume. 11.*

12 *Confeſſio coram iudice iuriſdictione carente facta non nocet confitenti quo ad plenam probationem.*

13 *Confeſſio partis confitentis non validat proceſſum cuius nullitas prouenit ex defectu iuriſdictionis iudicis.*

14 *Delegatus an poſſit condemnare reum de delicto ſtante inualiditate proceſſus, reo etiam delictum confitente.*

15 *Falſans literas delegati, an tantum puniendus, quantum falſificans literas delegantis.*

16 *Delictum ſub ſpe gratiæ promiſſæ a iudice confeſſum an noceat reo, vt poſſit ex confeſſione condemnari.*

17 *Reus coram notario non commiſſo confitens, vel coram iudice pro tribunali non ſedente, an ſibi præiudicet.*

18 *Tabellio de conſenſu partium ſine iudicis præſentia non poteſt dicta teſtium recipere, nec iuramenta ſine commiſſione.*

19 *Notarius ſine iudicis commiſſione non poteſt confeſſionem recipere.*

20 *Probationes iudicis fiendæ ſunt.*

21 *Confeſſio nuda cauſam non habens non nocet confitenti in ciuilibus.*

22 *Confeſſus ſponte, perſeuerare debet priuſquam condemnetur.*

23 *Reus confitens homicidium ad ſuam defenſionem perpetraſſe niſi probetur defenſionem puniendus. Et qua pœna nu. 24.*

25 *Confeſſio in dubio in fauorem rei interpretanda.*

26 *Confeſſio in ciuilibus confitenti non nocet & reuocari poteſt tanquam erronea, ſi non fuit acceptata per partem.*

27 *Renuntiatio non acceptata per partem non nocet renuntianti.*

28 *Confeſſio rei per iudicem nomine reipublicæ accepta an ſit validior.*

*Et an ex interuallo fieri poſſit. 29.*

30 *Confeſſio ſpontanea legitime facta derogat regulis iuris communis.*

32 *Appellare pro capitaliter condemnato an & quando tertius poſſit.*

33 *Reus criminis renunciare defenſionibus ſuis non poteſt.*

34 *Reus ſponte delictum confeſſus non relaxatur fideiuſſoribus ſi per pœna pecuniaria imponenda.*

35 *Confeſſio ficta inducta a lege vel ſtatuto idem operatur quòd vera.*

36 *Confeſſio ficta per ſtatutum inducta an validet proceſſum nullum 59.*

*Et an ſit neceſſaria iudicis interlocutoria antequam operetur. 37.*

38 *Talis quiſque non dicitur donec pro tali declaratus ſit.*

39 *Exequutio contra excommunicatum ante ſententiam declarationis ſuſpenſa eſt.*

40 *Notarius criminoſus ante ſententiam declaratoriam non eſt ab officio depoſitus.*

41 *Clericus homicida ante condemnationem non perdit beneficia.*

42 *Contumax antequam quis dicatur quid requiratur.*

43 *Acta inducunt notorium.*




44 *Iudicis*

44 *Iudicis declaratio in notoriis an requiſita. Et an ſuper notoriis requiratur ſententia.* 45.
46 *Contumacia teſtatoris ante declarationem defuncti an præiudicet hæredi.*
47 *Confeſſio ficta per ſtatutũ prætextu erroris inducta an reuocari poſſit, & admittatur probatio in contrarium.*
*Differentia inter veram confeſſionem & fictam à ſtatuto inducta qualis.*
48 *Bannum & condemnatio delicti vltra contumaciam reum conuictum exigunt.*
49 *Firmitatem non habent quæ de facto fiunt.*
50 *Reus ex præſumptionibus conuictus mitius puniendus quàm ex probationibus.*
51 *Contumacia dicitur ficta probatio. Et eſt fictum delictum. nume.* 52.
53 *Sententia aduerſus contumacem lata reſpicit potius vitium contumaciæ, quàm ius partis.*
54 *Statutum concedens bannitum impunè occidi, an extẽdat ſe ad bannitum ex contumacia.*
56 *Statutum quo contumax habetur pro confeſſo, an requirat libellum præceſſiſſe aut inquiſitionem.*
57 *Contumax in quibus caſibus non habeatur pro confeſſo.*
58 *Iuramentum appoſitum ſuper contractu nullo nihil operatur.*
60 *Statutum volens contumacem haberi pro confeſſo an & quando comprehendat mulieres, & ruſticos. Et an ſe extendat ad qualitatem delicti aggrauantem ratione perſonæ.* 62.
61 *Contumacia dicitur dolus præſumptus, qui non comprehendit mulieres & ruſticos. Et dicitur vitium, & eſt peccatum mortale* 63.
64 *Contumax dicitur infidelis.*
65 *Statutum volens contumacem haberi pro confeſſo, an porrigatur extra territorium. Et an dictum ſtatutum requirat trinã citationem.* 66.
67 *Condemnatus per contumaciam, quæ per ſtatutum habet vim confeſſionis, an efficiatur infamis.*

Poſtquàm



UNIVERSITARIA GRANADA

§ POſtquàm vidimus materiam inquiſitionis formandæ, deueniendum eſt ad ſequentia fienda per ipſum iudicem. Et vt ſcias q formata inquiſitione ſeruatis ſeruandis iudex ad banchum iuris facit cõduci coram ſe reum accuſatum, uel inquiſitum, & ipſe iudex facit legere inquiſitionem, & illam uulgarizari ſi reus eſt homo idiota, & literarum ignarus, & facit q reus reſpondit inquiſitioni negando, uel confitendo contenta in ea. Sed aduertas in ipſa reſponſione, quoniam aliqui ſunt iudices minus prudentes, & indocti, qui uehementer errant in pluribus. Nam antequam reus reſpondeat inquiſitioni, deferunt ſibi iurãmentum de veritate dicenda, quod profectò fiendum nõ
1 eſt: quoniam cauſæ criminales † non dirimuntur iuramento partis. vt habetur in l. fi. C. de proba. & in l. dolũ. C. de dolo. & in l. metum. C. quod met. cau. & voluit Bar. in l. maritus. ff. de quæſt. & Bald. in l. 1. in 2. col. verſi. non obſtat &c. C. quomodo & quando iudex. Et Iaſ. in repe. l. admonendi. in 103. col. ff. de iureiur. & do. Phili. Dec. in conſi. ſuo 37. incip. in cauſa. in vlt. col. in fi. Nec etiam
2 in talibus cauſis criminalibus. † defertur iuramentum in ſupplementum probationis, ſecundum Pet. de Anch. in c. mediatores. verſ. nota tertio. de teſti. lib. 6. vbi pro hoc allegat glo. in c. iam literis. in ver. probata. extra de teſti. quę dicit q in cauſa criminali etiam ciuiliter intẽtata, licet actor habeat prę̃ſumptionem pro ſe, non tamen defertur ei iuramẽtum, ſed imo habet locum tunc regula, quod actore non probante &c. quod etiam voluit glo. in c. cum ſint. iura. in ver. actori. de regu. iur. in 6. & voluit Alex. in conſi. ſuo 66. incip. viſo proceſſu. &c. in 1. col. in 1. vol. in conſil. 122. inci. viſo pceſſu vtriuſque cauſæ. in 2. col. in 2. vo. & Abb. in c. fi. in prin. in vlt. col. de iureiur. & do. Anto. in d. c. tam literis. de teſti. & do. Phi. Dec. in conſi. ſuo 32. inci. in cauſa. in vlti. col. Et ideo ſtãte ſtatuto q de damno dato ſtetur ſacramento damnum paſſi,
3 † nõ habet locũ i furto: & ſic in cauſa criminali, niſi quatenus



tenus

tenus ius cõmune diſponeret. Nã furtũ & damnũ sunt
4 diuerſa.† ita not. Bal. in l. nauta. in §. quęcunque. ff. nau.
caupo. ſtabu. & idem firmauit Albe. de Ro. in. 2. par. ſtat.
q. 63. inci. item quæro aliam quæſtionem &c. & Bal. in l.
ait prætor. in prin. ff. de iureiuran. & Bal. in l. ſi ſeruus ſer
uum. in. §. ſi oliuam. ff. ad leg. Aqu. & Alex. poſt Lud. Ro.
in l. 2. ff. de. dam. infec. & Alberi. in l. 1. in. §. occiſorum.
ff. ad Syllan. & Alex. in conſi. ſuo. 167. inci. requiſitus. vt
breuibus dicam &c. in 1. col. in 2. vol. & habetur per ali
os quam plures docto. quos ego retuli in l. de minore.
in. §. tormenta. in. 1. col. ff. de quæſti. Item quo ad primũ
dictum. videlicet, ꝙ cauſæ criminales non dirimuntur
iuramento, & ideo iudex non debet deferre iuramentũ
reo de veritate dicenda quando facit eum reſpõdere in
quiſitioni: facit optime tex. in c. clericos. de choa. cleri.
& mulie. vbi habetur, ꝙ nõ eſt deferendum iuramẽtũ ei
cõtra quẽ eſt præſumptio ꝙ abiuret: per quẽ dixit Spe.
in tit. de iura. calũ. in. §. nũc dicamus. in prin. ꝙ iuramẽ-
tũ calũniæ de nõ petendis dilatoriis fruſtratoriis debet
omitti: quoniã raro eſſet ꝙ litigãtes nõ eſſent periuri qđ
dictũ ſequitur Abb. in c. 1. in 4. col. ver. quæro, nunquid
in cauſa criminali. nu. 12. de iura. calũ. & do. Fel. ĩ c. 1, cir
ca prin. de offi. ord. vbi ſubdit illud qđ ẽt dixit Abb. in c.
cęterum. in 2. col. verſi. ſed iuxta hoc quæro nunquid va
leat cõſuetudo. nu. 4. eod. titu. nõ valere conſuetudinẽ,
ꝙ exigãtur iuramẽta calũniæ ĩ calculo ſentẽtiæ: nã ſi qs
reſpõdit falſum, vel petiit falſas dilationes: iurabit ĩ fine
cõtrariũ, ne puniatur. Pro quibus facit tex. in l. ambigui
tates. C. de indic. vidui. tol. per quẽ tex. dixit ibi Bal. ꝙ
nõ debet dari materia deierandi nec debet deferri iura-
mentũ ei, quem eſt veriſimile deierare: & vide ibi Ioſ. ĩ
ti. uerſi. Secđò nota. Sed cui dubiũ ꝙ reus in criminalibus
vt euadat uitã iurabit falsũ, nõ dico ſemel, ſed millies, &
cẽtum millis, niſi eſſet aliquis sanctus homo ita bonæ cõ
ſciẽtiæ, ac ſãctæ uitæ ꝙ potius vellet mori, ꝗ falsũ iurare:
ſed profecto tales homines receſſerũt ab aula, & ſemẽ eo
rũ in totũ eſt eradicatũ. Et ideo cũ tales rei criminis prę-
ſumantur


ſumantur deierare, non eſt ſibi deferendum tale iuramẽ
tum. Et pro hac parte facit tex. valde no. in c. ille qui ho-
minẽ. 22. q. 5. & in c. qui exigit. ibi, ſequens. vbi dicit tex.
ꝙ ille qui hominẽ prouocat ad iurãdum, & ſcit eum fal-
ſum iuraturum, vincit homicidam: quia homicida cor-
pus occidit, ille autem animam, imo duas animas, ſcili-
cet animam eius quem ad iurandum prouocat, & ſuam:
pro quibus faciũt dicta ꝑ d. Fel. in c. apoſtolicæ. 2. col. ver
ſi. & prædictis &c. de except. Et facit ẽt: nam non eſt in-
iungendum alicui per iuramentũ illud, quod veriſimile
ſit, ꝙ nõ debeat obſeruare. arg. c. ita ergo. & c. nõ ẽ 22. q.
1. & c. ex tenore. de ſẽntẽ. excõ. & quod voluit glo. in d. c.
clericos. in ver. redeuntes. & quod dixit ibi Abb. vbi in-
quit ꝙ eſſet prouidendum (ut ipſe pluries dixit) ꝙ ſcho-
lares non iurarent obedire rectori: quia de facili tranſ-
grediuntur iuramentũ. & incurrũt periurium: ſed potius
eſſet prouidendum pœna cõtra inobedientes, ſicut facit
Papa in d. c. clericos. & faciunt optime dicta per Iaſ. in re
per. l. admonendi. in 113. col. in prin. ff. de iureiur. Et per
iſta teneo ꝙ iudex in criminalibus cauſis non debeat de
ferre iuramentum reo de veritate dicenda, quando re-
ſpondet inquiſitioni. & hanc partẽ per dicta iura tenui
in l. penul. in pen. col. ff. de quæſtio. vbi reprobaui Barto.
Bal. & alios Doctores tenentes contrarium in pluribus
locis, quos ibi adduxi, quæ videas per te. Credo tamen
ꝙ in cauſa criminali, in qua agitur de pœna pecuniaria,
vt eſt cauſa criminalis ciuiliter intentata, ꝙ poſſet defer
5 ri † iuramentũ eo, & ẽt in ſupplementum probationis,
de quo dixi in l. maritus, in 3. col. in fi. ff. de quæſtioni. ubi
videas. Modo proſequendo in reſponſione rei facta inq-
ſitioni. Scias ꝙ aut ſponte confitetur ſine tormentis, & ſi
ne minis. & ſine aliquo alio actu violentiæ contenta in in
quiſitione, & tũc notarius ſcribit talẽ ſpontaneã confeſ-
ſionem. Poſtea interueniente termino duorũ, vel trium
dierũ, iudex ipſe vadit denuo ad banchũ iuris cum nota-
rio maleficiorũ, & facit coram eis ducere reum: & ibi no
tarius nouiter legis vulgarizando dictum inquiſitionẽ

& dictam eius ſpontaneã cõfeſſionẽ, poſtea notarius antequam reus aliquid dicat, dicit hæc verba, videlicet, Bene aduc... tas ad quæ tibi dicta, & lecta ſunt: q̃a hic tractatur de vita tua, ideo ſi iſta, q̃ tibi lecta ſunt, & continẽtur in dicta inquiſitione, & ſimiliter ſi ſpõtanea cõfeſſio tua, quã feciſti ſunt vera, ea confirma: ſi autem nõ ſunt vera, ſimiliter dicas illa non eſſe vera. Tũc ſi ipſe reus iterũ dicit illa eſſe vera, & affirmat eius confeſſionẽ: tunc, q̃a dicitur ratificaſſe & pſeueraſſe in cõfeſſione ſua, iudex dicit reo. Ego do tibi dies octo, vel decẽ, vel plures, vel pauciores, prout ipſi iudici videbitur, ad faciẽdũ tuas defenſiones alias elapſo dicto termino, procedã ad ſniam & ad executionẽ contra te ſecundũ formam iuris & ſtatutorũ. Quibus peractis reus reponit ad carceres inferiores, vbi põt cũ procuratoribus, & aduocatis ordinare ſuas defenſiones, ſi quas habet, & facere vult. Sed diligẽter aduertas, ꝙ etiam in hoc caſu ſpõtaneę cõfeſſionis iudex non ſemper poteſt, nec debet ꝓcedere ad ſententiam cõdemnatoriam, & ad eius executionem. Nã aliqui ſunt caſus, in quibus etiam ſpontanea confeſſio nõ eſt ſufficiens ad condemnandum ipſum reum ſponte confeſſum, Et primo hoc patet in confeſſione non probabili, vt puta ſi reus confitetur homicidiũ commiſiſſe in aliquem hominem, & eum poſtea proieciſſe in mari. † Nam hoc caſu
6 non debet puniri reus: ſi nõ conſtat de corpore mortuo, ſaltem per famam ſecundum Bald. in addi. Specu. in titu. de ſententiis. in 18. colũ. & in l. cum probatio. ff. de proba. in ſuis addi. & in authen. ſed nouo iure. C. de fur. & in addi. Specu. in titu. de confeſ. in 2. colum. ver. Titius cõfitetur, de quo latius dixi in l. 1. prin. in 2. col. & in 13. ff. de quæſt. & quæ dixi ſupra in prin. huius operis, i nu. 5. vbi videas. Patet etiã in confeſſione impoſſibili, q̃ talis confeſſio ẽt ſi ſit ſpontanea, non nocet † reo cõfitẽti, puta ſi reus cõfitetur hominẽ occidiſſe, qui tñ eſt viuus. nã tali caſu talis confeſſio ẽt ſpontanea nõ nocet ipſi rei reo cõfitenti. tex. eſt in l. inde Neratius in §. ſi q̃s hominẽ viuũ. ff. ad leg. Aqui. & habetur in l. cõfeſſionibus. & in l. ſi is. ff. de



interro. act. & voluit d. Ant. in c. ſignificaſti. in 2. col. de homi. & Bal. in l. 1. in 8. col. in ver. ſed q̃d dices. el 2. de cõfeſ. E faciunt dicta per Ale. in conſ. ſuo 339. inc. in cauſa inq̃ſitionis formatæ. in 1. co. vbi loq̃tur de reo cõfeſſo occidiſſe aliquẽ veneno &c. de qua materia latius dixi in l. 1. in prin. 14. col. ff. de quæſ. Cõſtat hoc ẽt in alia confeſſione: vide licet in confeſſione non veriſimili, quoniã
8 etiam talis confeſſio non nocet cõfitenti, † de qua late dixi in d. l. 1. in prin. in 25. col. ff. de quæſt. de qua ẽt ꝑ Iaſ. in l. magiſtratibus. i 2. col. ff. de iuriſ. om. iudi. vbi videas.

Itẽ alia eſt cõfeſſio ſpõtanea, quæ non nocet cõfitenti ad eũ condemnandum, videlicet, confeſſio facta inciden
9 ter, & non principaliter. Nã talis confeſſio † incidẽter facta non operatur, nec eſt tantę potẽtiæ, ꝙ cõfeſſus poſſit puniri ſaltẽ pœna ordinaria delicti, ſecundũ Bar. in l. ſi cõfeſſus. ver. ſecũdo caſu. ff. de cuſto. reo. & Io. de Imo. in c. fi. in pen. col. de confeſ. & Abb. in c. at ſi clerici. in prin. in 2. col. verſi. notatur ſiue ratio. nu. 6. de iudic. & Imo. in c. examinata. in fi. eod. tit. Abb. in c. 1. col. fi. ver. Notatũ ex iſto textu. nu. 16. per illum text. de except. & in c. 2. col. 10. ver. quæro, pone ꝙ quis ſuccũbat in exceptione ſpoliationis. nu. 26. de ordi. cogni. & in c. fi. in ult. no. de reſt. ſpolia. & in cõſ. ſuo 25. inc. canonicus &c. in fi. uer. an aute hoc caſu põt deponi. uolu. 1. & Ange. in diſpu. ſua inci. Aſtẽſis miles. in 2. col & in alia diſputa. ſua inci. duo nobiles gallici &c. in 3. char. & uoluerũt alii doctores in diuerſis locis, quos adduxi in l. 1. ĩ §. diuus Antoninus. ĩ ult. col. in prin. ff. de q̃õ. & iu d. l. 1. in prin. in 15. col. in uer. & ultra p̃dicta tria &c. & uoluit Sal. in l. mercalẽ. C. de cõd. ob turpẽ cau. & uide ſupra. in §. conſtante. nu. 49. Alius eſt ẽt caſus, in quo confeſſio ẽt ſpontanea non nocet cõfiten
10 ti: uidelicet, q̃n talis confeſſio † fit tempore inhabili: q̃a tunc non nocet cõfitẽti. ita dixit Bal. in c. fi. de offi. de leg. in pen. col. in uerſi. pone ꝙ maleficiũ &c. ubi dicit, ꝙ ſi maleficiũ eſt notorium: tñ lapſum eſt tẽpus datũ ad inquirẽdum per formã ſtatuti tandẽ reus cõfitetur maleficiũ, utrum ex iſta confeſſione poſſit condemnari? & dic quod

ꝙ non,allegat rationem dicẽs, ꝙ quoties quis cõfitetur
id,cuius nomine cum aliquo non ſit actio, non valet cõ
feſſio,vt habetur in l.confeſſionibus . ff.de interr.actio.
ſed poſt præſcriptionẽ ipſo iure accuſatio abolita eſt,
imo etiã ipſum maleficiũ , accuſatio aũt eſt abolita quo
ad publicã iniuriam maleficiũ aũt quo ad priuatam iniu
riã: ita ꝙ nulla actio eſſe põt:vt ff.quod met.cau.l.ſi cum
exceptione.in §.ſatis enim clemẽter.& ff. de iniu.in l.ſed
ſi vnius.in §.ſi cũ ante iudicem . ergo confeſſio nõ valet.
q̄d eſt nota.ſecundum Bal. ibi. & idem firmauit Soci.in
conſi.ſuo 108.inci. ſuppoſito ſtatuto.in pe.col.poſt me-
diũ.& ibi in ſeq.col.Pro quibus faciũt dicta per Barb.in
c.cum contingat.in 2.col.extra de reſcrip. & ꝑ do.Fel.in
c.afferte.in 2.no.de præſump.de quo ẽt per do.Franc.de
Are.in c.cum P.in 6.colũ.de accu.& per Ale.in l.nõ tan
tum.in pe.addi.ff.de appell.ad quẽ vide bonũ text.in l.ſi
quis poſtquã.ff.de fideiuſſ.& Bal.in l.querelã. ante fi.C.
de falſ.de quo etiam dixi in l.1.in prin.in 15.col.verſ.ad
de etiã ꝙ requiritur . ff. de quæſt. Prædictis etiam adde
alium caſum in quo confeſſio etiã ſpontanea non nocet
cõfitenti, qui caſus eſt , qñ aliquis confitetur aliquid,&
11 cõtra talem eius confeſſionem alias fuit † ſententiarũ.
nam hoc caſu talis confeſſio nõ nocet ipſi confitenti. ita
dixit Inno.in c.mulieri.de iureiurã. quod dictum refert
& ſequitur Bal.in l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſ.& cle.
&in auth.nouo iure.C.de pęna iudi.ꝗ male iu.de quo la
tius dixi in ſing.meo 257.inc.nemo audiẽdus eſt &c.vbi
videas & in repe.mea rub.C.de proba.in 25. co.in verſ.
vltimo circa hanc materiam . & ibi in 32.col.in verſicu.
quinimo &c.Alius eſt ẽt caſus,in quo confeſſio ẽt ſpon-
tanea non nocet confitenti:videlicet, qñ iudex , coram
quo eſſet facta talis cõfeſſio careret iuriſdictione,nã tũc
12 talis cõfeſſio † nõ nocet cõfitenti quo ad plenã proba-
tionem,ad quod dicendũ moueor . nã tu ſcis,ꝙ cõfeſſio
& tantæ potẽtiæ, ꝙ ẽt cõfeſſus ſuper inordinato proceſ
ſu poteſt condemnari.ita dicit Inn. quẽ oẽs ſequũtur in
c.qualiter & qñ.el 2.de accuſ.in cap. per inquiſitionem.



de elec.& voluit Abb.antiquus in c.Piſanis.de reſtit.ſpo
li.& Bal.in l.edita.in 5.col.C.de eden. & volunt alii plu-
res doc.in pluribus aliis locis , quos ego retuli in ſing.
meo.201.inc.in confeſſum &c.& in l.1.in § diuus Anto
ninus.in 3.col.ff.de queſt. Hæc tamen doctrina Inno.&
aliorum limitatur,niſi nullitas proceſſus ꝓueniret ex de
fectu iuriſdictionis iudicis . nã tunc confeſſio partis con
13 fitentis † nõ validat proceſſum ita notã.ꝑ ſcribentes in
c.ſi at clerici.in prin.de iudi.& in c. olim. vbi eſt bonus
tex.ſecundũ d. Abb.extra de reſcri.ita no.dixit Car.Ale.
in c.dilecto.in 2.col.in fi.de app.& Soci.in cõſi.ſuo 108.
inc.ſuppoſito ſtatuto &c.in vlt.co.in 4.vol.Pro ꝗbus op
time faciũt quę dixi in ſing.meo 10.inc. tu ſcis &c.ita in
propoſito dici põt,ꝙ talis confeſſio facta coram iudice
incõpetenti ratione iuriſdictionis, nõ nocebit cõfitenti
quo ad plenam probationem. de quo etiã dixi in d.ſing.
meo 10.inc.tu ſcis &c. & vide omnino quæ dixi infra in
hoc §.in nu.58.in verſi.& pro iſtis faciũt dicta per Ang.
de Are.&c.Item alius eſt ẽt caſus , in quo confeſſio non
pręiudicat confitenti:ꝗ caſus eſt in cõfeſſione facta corã
delegato,& nõ corã ordinario: quoniam talis delegatus
non poſſet cõdemnare reũ de delicto , ſtãte inualiditate
14 proceſſus,† licet ipſe reus eſſet cõfeſſus delictũ ita ſin-
gul.dicit Ang.in conſ.ſuo 217.inc. in cauſa accuſationis
productæ per Fel.in vlt. col. vbi limitat dictum Inno.&
ſequa. in d. c. qualiter & qñ . il 2.habere locum tantum
coram iudice ordinario:ſecus coram delegato. q̄d dictũ
pro valde ſing.refert & ſeqtur do.Aug. de Ari.in ſuis ad
di.ad tract. Ang.ſuꝑ maleficiis.in verbo, qui iudex addi
dit.in pe.addi. de quo ẽt dixi in ſing. meo 201.inc.in cõ
feſſum &c.& in repe.mea l.fi.in 57.char.circa mediũ.C.
de ꝓba.vbi videas.Et faciũt optime in arg.dicta ꝑ Abb.
in c.olim ex literis.in 1.col.in verſi. & ex hoc , & ex illo
tex.ifra, de reſcrip.vbi dicit,ꝙ licet delegat⁹ Papę gerat
15 vices ipſius Papę:nõ tñ† dẽt illa acriter puniri vitiãs ſeu
falſans literas delegati , ſicut falſans literas ipſius Papæ.
Alius ꝓterea eſt caſus,in quo ẽt ſpõte confeſſus delictũ

non poteſt puniri:qui caſus eſt in illo,qui cõfeſſus eſt delictum ſub ſpe gratiæ ſibi fiendæ promiſſæ ſibi à iudice: vt puta quando iudex dixiſſet reo, Confitearis delictũ libere,quia promitto tibi parcere, vel promitto tibi ꝙ nullam pœnam patieris: hoc caſu ſi ipſe reus confiteatur
26 delictum, non poteſt ex † tali confeſſione condemnari. ita multum ſing. & mirabiliter dixit do. Ioan. de Imol. in conſil.ſuo 109.incip.viſa inquiſitione &c.& mouetur ex pluribus iuribus, & rationib. de quibus ibi per eum, pro quo faciunt optime dicta per d.Nico.mil. in repert. ſuo in verbo, confeſſio in verſi. confeſſione perſuaſione aduerſarii &c.& faciunt etiam dicta per Iaſ.in l.error.in 3.col.C.de iur.& facti igno.Et idem quod dixit d. Ioan. de Imol.in d.conſi.voluit do.Paris. de Puteo in ſuo tracta.ſynd.in 108.char. in verſi. ſequitur quotidiana quæſtio &c.de quo etiam dixi in d.ſingu. meo.201. incip. in confeſſum &c.& in l.1.in §.quæſtioni. in vlt.colum.ff.de quæſtio.tene menti:quia eſt ſingulare verbum,quod ſæpe practicam iudices indocti,& modicæ fidei.Item alius eſt caſus, in quo confeſſio etiam ſpontanea non nocet confitenti,vt ex ea poſſit condemnari:videlicet,quando reus confiteretur delictum coram notario, qui ad hoc
17 † non haberet commiſſionem à iudice: Vel confiteretur coram iudice non ſedente pro tribunali, vel in non figura iudicii: nam tunc confeſſio talis non eſſet ſufficiens ad condemnandum ipſum reum, ſecundum gl.no. in l.iubemus.C.de libe.cauſa.quæ dixit, ꝙ confeſſio facta coram tabellione abſq; præſentia iudicis, non præiudicat. Et dicit ibi Salyc. ꝙ ſi talis confeſſio fieret coram iudice, ad hoc vt præiudicet reo confitenti, debet fieri iudice ſedente pro tribunali.Et dixit fortius Bal.in titu. de pace conſtan. in verſ. ſecundum mores & leges illius
18 ciuitatis: quòd etiam tabellio non poteſt † de conſenſu partium ſine præſentia iudicis recipere dicta teſtium, nec iuramenta, nulla facta ſibi commiſſione per iudicẽ: vt dixit Bal.in addi.Spec.in titu.de teſte.in ulti. col.ver. nunquam reperitur &c. quòd nunquam reperitur quòd

nota-



notarius poſſit recipere iuramenta teſtium ſine commiſſione iudicis.allegat glo.in l.hac conſultiſſima.in §. fina. C.de teſta. & ſubdit ibi Bald. idem eſſe in inſtrumen.&
19 confeſſione: quia etiam notarius † non poteſt illam recipere ſine commiſſione iudicis.alleg. gloſ. in d.l. iubemus,quam dicit eſſe ordinariam.Et ſubdit ibi Bal.quòd recipere ſpectat ad iudicem, ſcribere vero ad tabellio-
20 nem.Pro quibus facit illud videlicet, quòd † probationes ſunt fiendæ iudici.l.quinquaginta.ff. de proba.l.eos. & l.ſi quando.C.de rebus alie.non alie.l.2.C. ex quibus cauſis maio.l.doce ancillam.C. de rei vend. cum ſimi.de quibus latius dixi in l.1.in prin.in 4.colum.verſic.ſeptimo requiritur.ff.de quæſtio. & in l. de minore. in §.plurium.in 2.colum.eo.titu. Alium etiam habes caſum, in quo confeſſio et ſpontanea non nocet confitente, vt ex ea damnari poſſit,qui caſus eſt in confeſſione nuda non habente cauſam:nam ſicut talis confeſſio ſine cauſa non
21 nocet confitenti in ciuilibus, † vt in l.cum de indebito. ff.de proba.& in c.ſi cautio.de fide inſtrum. cum ſim.ita nec nocet in criminalibus. ita ſingul.dixit Pet.de Anch. in conſi. ſuo 23. incip. viſa inquiſitione formata contra Phil. in ſingulariter notandum &c. quod eſt de quo dicto feci mentionem in l.1.in §.præterea. in 16. col.ff. de quæſtio.vbi in d.§.adduxi plura,quæ requirunt cauſam, alias ſunt nulla. Addo vlterius alium caſum notabilem in quo confeſſio etiam ſpontanea non eſt potens ad condemnandum reum confeſſum. Nam in criminalibus ſi quis vltro confiteatur ſine tormentis,ſed ſponte:tũc niſi
22 talis confitens pluries in ſua confeſſione † perſeuerauerit, non poteſt ex tali ſua confeſſione condemnari.ita ſing.dixit Raph.Cuma.in conſi.ſuo 138.inci.hoc maxime propoſitum &c.in 2.col.vbi dicit quæſtioni fidem adhibendam non eſſe diuus Auguſt.conſtituit.ff.de quæſt. l.1.& ſubdit. imo diu quorundam claruit ſententia, aſſerentium ꝙ in criminalibus ſi quis vltro & ſine tormentis confiteatur,niſi pluries in ſua confeſſione perſeuerauerit,non poſſit ex ſua confeſſione damnari. non enim

ſecundum

ſecundum eos confeſſio in criminali ſtatim præiudicat, ſic intelligitur.ff.de quæſtio.l.1.§.diuus.& §.ſi quis vltro. ſolenniter enim in criminalibus proceditur.C.de fal.l.2. & de proba.l.ſciant.de pœnis.l.qui ſententiam. vnde ſecundum ſententiã eorũ in l.1.C.de custo. reo.tutius eſſe dicunt, ſi iudex faciat reum diuerſis diebus in ſua confeſſione perſeuerare. ita formaliter dicit Rapha. Cuma. in d.conſi.ſuo 138. inci.hoc maxime propoſitum &c.quod eſt multum. Et iudicio meo ratio huius dicti poteſt eſſe,quia talia ſponte confitens delictum, de quo vertitur pœna vitæ ſuæ,non videtur in rectitudine,vel in plenitudine intellectus: ſed magis videtur delirare, & non eſſe compotens menti: & ideo debet ſæpius de hoc interrogari,vt videatur, an perſeueret in tali ſua cõfeſſione,vel an illam improbet,vel reuocaret: & hanc credo fore rationem.Et de iſtis pluribus confeſſionibus, de quibus ſupra dixi, vide quæ dixi in ſingul.meo 329. incip.plures ſunt caſus &c. Et circa prædictam materiam confeſſionis aduertas etiam ad vnum ſingulare verbum perpetua memoria dignum, quod licet quando reus dicit in iudicio, Confiteor me occidiſſe hominem ad meam defenſionem,per talem confeſſionem ſic fundata intentio Curiæ,adeo quod ipſo inquiſito nõ probãte feciſſe ad ſuam defenſionẽ,debet ſequi condẽnatio:quia talis cõfeſſio diuiditur, & ſtatur ei cõtra ipſum inquiſitũ: ſecus aũt pro
23 eo,quia hẽt præſumptionẽ iuris cõtra † ſe,ꝙ nõ fecerit ad ſuã defenſionẽ,vt dixit Bar.in l.Aurelius.in §.idẽ quęſiit.ff.de libe.leg.de quo ẽt per Bal.in addi.Spec.in ti.de confeſſionib.in 2.col.in ver.confiteor me occidiſſe. & in l.ſi filius.in §.in exceptionib.ff.de interrog.act. & in l.codicillum.C.de codi.& per eundẽ in l.1.C.de confeſſ.& ꝑ Bal.Imo.& Moder.in l.2.ff.de verb.obl. & per Abb.poſt gl.in c.cum veniſſent.de inſti.& per doct. in c.1.de cõfeſſis.in 6.& per Abb. & alios in c.bonæ. de poſtul. prælat. & per alios doct.quos retu.in ſing. meo 184. incip. confeſſio inquiſiti &c. Attamen ſcias ꝙ ſi de homicidio non conſtat aliter,niſi quia reus captus & inquiſitus dixit,interfeci,



ſeu occidi ad meam defenſionem,& ſuam defen-
24 ſionem non probat: † tamen per dictam confeſſionem non punietur pœna mortis. ita ſing. dixit Abb.in c.audi tis.circa vlt. col. de præſcrip. quem referri & ſequitur d. Fel.ibi dicens hoc eſſe dictum ſing.& alibi non reperiri, & quod apud practicos aduocatos eſt in ſolenni cultu. & idem dixit ipſe in c.ſignificaſti.el 2.de homicidio.in penul.col.quod dictum etiam ſequitur do.Alex.in l.non ſolum.in §.ſciendũ.verſ.& ibi ſubdit nu.5.ff.de oper. noui nunt.quod vere eſt ſing. & aureum verbum. de quo etiã dixi in dicto ſing.meo 185. incip. confeſſio inquiſiti &c. & in l.repeti.in 7.col.in verſ.quartus eſt caſus. ff. de quęſtio. Et ex hac doctrina nondum elapſi ſunt duo menſes, quibus conſului, & quaſi quendam à pœna mortis, qui erat inquiſitus de furto, & confeſſus fuit ꝙ bona contenta in inquiſitione aſportauit & contractauit tãquam bona ſua, & ad eum ſpectãtia iure dominii vel quaſi poſtea ipſe nõ probauit dicta bona ad eũ ſpectare vt dixit, nec curia inquirẽs nõ habebat alias ꝓbationes de dicto furto,niſi dictã confeſſionẽ dicti inquiſiti.Ego dixi ꝙ per dictã reſponſione dictus inquiſitus non poterat puniri pœna mortis,ꝙ ita obtinui. ideo teneas perpetuo menti.Et
25 iſtis etiam adde ꝙ confeſſio in dubio † interpretatur in fauorem rei,ſecundum do.Ant.in c.ex literis.el 1.in fin. de ſponſa.quem refert & ſequitur dom.Philip.Decius in conſ.ſuo 118.incip.viſo.in vlt.col.& in conſ. 189. incip. lętatus ſum.in 7.col.in fi.ad quod etiam vide eum in conſi.278.incip.non leuis.in 4.colum.& Alex.in conſi.80.incip.in cauſa.ante finem.in 7.vol. & ibi in conſi. 167.incip.viſis.in fin.2.colum.Præterea circa dictam materiam confeſſionis dicebam vnum forte non vanum nec contemnendum,videlicet,tu ſcis quod in criminalibus proceditur ad inſtar ciuilium cauſarum.l.abſentem.ff.de pœ
26 nis. Sed in cauſis ciuilibus confeſſio † non nocet confitenti, ſed reuocari poteſt tanquã erronea,ſi non fuit acceptata per partem, ſecundum Cyn.in l.vnica. in 6.quæſtio.C. de confeſſio.& ibi Salic. in 15. oppo. & Sali.non l.iube-

l.iubemus.C.de libe.cauſa. & l. generaliter.in 6. quæſt.
C.de non numera.pecu. vbi refert ſe ſæpius pro hac par
te conſuluiſſe.& dicit etiam hoc tenuiſſe Richar. de Sal.
& ita etiam dom. Alex.prædicta & alia adducens ad hoc
in conſi.ſuo 364. incip. in cauſa appellationis. & domi.
Floria.de ſancto Petro in l.fin.ff. de interrog. actio.& in
conſi.ſuo 90.incipiente, fere omnis vis &c. in 1.colum.
in 1.volu. & habetur per dom.Franc. de Curte in conſi.
ſuo 78.incip.ſuper &c.& per domi. Fel.in cap.ſi cautio.
in 5.colum.verſi. fortius dixit &c. de fide inſtrumen. &
per Soc.in fallentiis ſuis,in fallen.69.incipi.primo fallit
niſi poſt dictam &c. Pro quibus faciunt dicta per Bal.in
ſimili.in cap.cum veniſſent. in 3. colum. per illum text.
de eo qui mittitur in poſ.rei ſeruan.cau. vbi dixit,quòd
27 † renunciatio nòn nocet renuntianti, quando non eſt
acceptata per partem.& voluit Iaſon.in l.poſtquam liti.
in prin.C.de pac.vbi not.loquitur in materia iſta,ita pu
to quòd non eſſet ponere os ſupra cœlum, ſi diceremus
quod ſimiliter in cauſis criminalibus quando fit aliqua
confeſſio per reum,quod tunc iudex nomine reipublicę
28 talem confeſſionem acceptaret, † quoniam tunc magis
præiudicaret ipſi reo, & tunc eſſet validior & ſecurior,
nec poſtea de facili poſſet impugnari: argumen. prædi-
ctorum iurium. Sed contrarium expreſſe tenet Alexan.
in conſi.ſuo 120.incipien.viſo proceſſu.in 3.colum.in 7.
vol.ad quod allegat plura de quibus ibi per eum.Et ſcias
quod talis acceptatio confeſſionis, vel renunciationis
29 debet fieri † tempore, quo fit confeſſio vel renuncia-
tio:non aũt ex interuallo ſm gl.in l.conſenſu.in ver.con
ſentire.ff.de act.& obl.& in l.1.ff.de contrah. emp. & vo
luit Abb.c.dilectus.de ſponſalib. Modo poſt oĩa ſupràdi
cta circa materiã ſpontaneæ cõfeſſionis ſcias,qđ confeſ
ſio ſpontanea legitime facta habens omnia requiſita eſt
magnæ ac ſummæ importantiæ, & habet magnum ro-
30 bur & effectum: nam derogat regulis iuris † commu-
nis,vt apparet ex verbis Bal.in l.1.in §.cum vrbem. alias
in §.initio.ante fi.ff.de officio præfect.vrb. & in l.2.ad fi.
C.de



C.de re iud.vbi dixit, quod ſponte confeſſus non poteſt
31 opponere † de ineptitudine libelli, quod alias poſſet,
per glo.fi.cum materia ſua.inſtit. de obligatio. in princ.
& dixi ſupra.in §.conſtante.nu.31.& in conſi.meo 51.in
cip.licet nedum plene &c.in 15. char. & idem voluit do.
Fel.in cap.qualiter.& quando.in §.licet autem. in 1.col.
de accuſ.apparet etiam ex his quę voluit Bal. poſt gl.ibi
in l.ictus fuſtium.in fi.ff. de his qui notan. infam. & in l.
1.§.cum vrbem.in vlt.colum.de offic.præfec.vr.& Ang.
in l.2.C.quorum appel.non recipiun.vbi dixerunt, ꝙ li
cet tertius poſſit appellare pro condemnato capitaliter
etiam ipſo inuito:vt habetur in l.non tantum.ff. de ap-
32 pella. tamen iſtud fallit, † niſi talis reus condemnatus
ſponte confeſſus ſit crimen,& in eo perſeuerauerit,quia
nunc non poterit appellare. de qua materia habetur ẽt
per dom. Fel.in c.cum ſuper in prin.de re iud.& dixi ego
in l.1.in §.diuus Antoninus.in 4.colum. de quæſt. Item
apparet etiam:nam reus criminis regulariter non poteſt
33 renunciare defenſionibus ſuis, † ſeu termino defenſio-
nis,vt habetur per glo. & doct. in l. pactum inter hære-
dem.ff.de pac.de quo late dixi in l.1. §.ſi. in pen.col.ff.de
quæſtio.& in l.vnius.in §.cogniturum.in 2.col.eod.titu.
& habetur per Iaſ.in l.iubemus.in 12.col.C. de iud.& ꝑ
do.Parid.de Puteo in tract.ſynd.in 30.char.in 4.col.ſub
c.incip.an poteſtas qui miſit &c. tamen hoc fallit quãdo
reus ſponte fuit confeſſus delictum: quia tunc reus po-
teſt renunciare defenſionibus ſuis, & talis renunciatio
valet & tenet, ſecundum Bald. in l. accuſatoribus. in 1.
col.C.de accuſ.& in l.1.in 23.col. verſi. ſuper quinta.C.
qui accuſa.non poſ.de quo latius dixi in l.vnius.in §.co-
gniturũ.in 12 col.verſi.fallit tñ iſta cõcluſio.ff. de qõni.
Pro quibus faciunt optime dicta per Bal.in l.à pręceden
te.in fi. C.de dilatio.quem vide.Item patet ẽt in alio ca-
ſu Nã licet vbi tractatur de pœna pecuniaria imponẽda,
reus ſit fideiuſſorib.relaxãdus:tñ hoc fallit,niſi ipſe reus
34 ſponte ſit confeſſus delictum:quia tunc † non relaxatur
tur fideiuſſoribus, ita not. dixit Bald.in l. nullus. C.de
exhiben.

exhiben.reis.quod dictum refert & ſequitur dom. Aug.
de Arim.in addi.ad trac.Ang.de Are.in trac. malefic. in
verbo,pro quibus Antonius fideiuſsit.in 1.addi.& idem
dixit Ang.de Aret.in tract. malefic. in verbo,fama publi
ca.in 9.char.in verſic.decimo quæro. de quo dixi ego in
d.§.cognitorum.in 13.col.teneas menti prædictos caſus.
quia ſunt notandi in contingentia facti.Dicta autẽ huc-
uſque in materia confeſsionis loquuntur in vera confeſ
ſione facta à reo ore proprio . Sed modo aliqua accipias
circa confeſsionem non propriam & expreſſam,ſed fictã
inductam à ſtatuto , vel lege propter contumaciam , vel
ex alia cauſa . Et primo ſcias ꝙ idem operatur ficta cõfeſ
35 ſio inducta † à lege vel à ſtatuto,ꝙ operatur vera & ex-
preſſa confeſsio oretenus facta . Nam ille qui ex forma
ſtatuti habetur pro confeſſo,perinde eſt,ac ſi vere in iu-
dicio eſſet cõfeſſus factum cũ qualitatib. in accuſatione,
vel in inquiſitione deductis,ita dixit Bar. & Bal.in l.quo
niam.ff.de his qui not.infam.& probatur. in l.ſi tutor. &
ibi hoc voluit Cynus,& Bal.C. de interdict. matrimo.&
voluit dom.Franciſ.de Aret.in conſi. ſuo 147.incip.viſa
conſultatione & ſtatutis.in 1.col.& Aug. & Sal. & Paul.
de Caſt.& Alex.in l.is qui.C. qui teſta. facere poſſunt.&
ibi Iaſ.in 3.col.Et adeo eſt verum hoc, quod idem ope-
ratur ficta confeſsio inducta à ſtatuto quod operatur ve
ra:ꝙ ſicut cõfeſsio vera facta ſuper proceſſu nullo valet
& validat ipſum proceſſum,vt late dixi in l.1.§.diuus An
toninus.in 3.& 4.col.ff.de qõ.& in ſing. meo 201.incip.
36 in confeſſum &c. ita validat † proceſſum nullum confeſ
ſio ficta inducta per ſtatutũ. ita not. dixit Barto.in conſ.
ſuo,incip.à do.Cyno.de Bononia col.2.verſ.ſuper quar-
to quem refert & ſequitur do.Nellus in tract.ſuo banni-
to.in prima parte ſecundi tempori.quæſtio.49.inci.quæ
ritur an tales in ſi. Sed contrarium tamen tenuit expreſ-
ſe Angel. de Aret.in tracta. ſuo maleficiorum. in verbo,
qui iudex videns , in verſ. quæritur tamen an tale ſtatu-
tum &c.circa medium. vbi alleg. ad hoc Bald.in additio.
Specu. & alios de quibus ibi per eum,de quo ẽt dixi,in-
fra,



fra,in hoc.§.nume. 58. in verſ. incip. & pro iſtis faciunt
dicta per Ang.de Are. &c. ex quo prædicta doctrina red
ditur dubia,Scias tamen ꝙ ad hoc vt talis ficta confeſsio
inducta à ſtatuto propter contumaciam operetur vires
37 confeſsionis,vt ex ea ſequi † poſsit condemnatio, ꝙ ne-
ceſſe eſt antea hoc declarare per interlocutoriam iudi-
cis.Exẽplum,pone.ex forma ſtatuti contumax debet ha
beri pro confeſſo,certe hoc caſu ad hoc ut habeat̃ ꝓ cõ-
feſſo,nõ ſufficit ſola cõtumacia, ſed requiritur qđ ſuper
tali cõtumacia iudex interloquatur ipſum haberi ꝓ con
feſſo, cũ fuerit & ſit cõtumax : alias ſi iudex contra con-
tumace procederet ad aliquã ſententiã cõdemnatoriã ſi
ne tali interlocutoria,talis ſẽtẽtia nõ valeret, ita dixit
domi.Ant.in c.cum dilecti,de dolo & contuma.in 5.col.
in verſi.vltimo aduerte.& idẽ dixit ipſe in c.cum dilecti.
de elect. quod etiam videtur tenere Bart. in l. fina. in §.
quod ſi actor.C. de iuramen. calum. & Paul.de Caſt. in
conſi.ſuo 33.incip.ſuper primo &c.in 2.col.vbi expreſſe
affirmat hãc partẽ.& idẽ voluit Ang.de Are.in tract.ma
lefi.in verbo,qui iudex vidẽs.in 5.char.in ver.ſtatutũ di
cit.& ibi per d.Auguſti.in ſuis addi. &c.Pro quibus faciũt
quę dixi in ſing.meo 283.inc. lapſus termini. & infra,in
§.aggredior. nu. 106.Et faciunt quæ dixi in authẽ.agri-
cultores.in 2.& 3.col.C.quæ res pig.oblig. poſ.& in l.1.
in 13.colũ.C.de execu. rei iudi. Ad quæ ẽt vide do.Nel-
lum in tractatu bannit.in 3.part.1. temp.in 10.quæſtio.
incip.quæritur an.poſt lapſum &c.& in 4.par.1. tempo-
ris.in 2.quæſtio.poſt mediũ.vbi dixi,ꝙ ſufficit ꝙ talis ꝓ
nũtiatio cõtumaciæ fiat vna cũ diffinitiua: ad qđ allegat
iura.de quibus ibi ꝑ eũ,qđ eſt ſingu. no.in practica,cum
ſæpius occurrat in facto.& vide etiam domi. Nellũ in d.
ſuo tract.in 3.parte.1.tẽporis.in d.2.qõ.& q̃ ego dixi in
rub.ff.de falſis vltra medium.Et pro ꝓdictis faciunt opti
me no.verba.Iaſ.in l.properandũ.in §. 1. in 2. col. C.de
iudi.vbi multũ not. loquitur in materia iſta.Pro quibus ẽt
38 optime facit.Nã qs non dicitur talis, † quouſque nõ eſt
pronunciatus pro tali,ſm Soci.in conſil.ſuo lj.inci.præ-
ſtantiſſime

ſtantiſſime doctor.in 3.col.& Paul.de Caſt. in conſil.32.
incip.omiſſo ordine.in fin.uerbis. & faciunt pro hoc di-
cta per Pet.de Ancha.in conſi.ſuo 240.incipien.per præ
dicta.circa fin. ubi dixit, ꝙ omnis executio eſt ſuſpenſa
39 contra excommunicatum,† antequã ſit declaratum per
ſententiam ipſum eſſe excommunicatum.& faciunt quę
ego late dixi in rubri.extra de cri.fal. ubi latiſſime loquu
tus ſum.& in rubric.ff.de fal.Et facit etiam, nam nota-
40 rius criminoſus non eſt propterea † depoſitus à digni-
tate,uel officio,ſed requiritur ſententia declaratoria,ſe-
cundum Inno.in c.qualiter & quando.de accuſa.& quẽ
refert & ſequitur Bald.in l.ictus fuſtium.in ulti.col.ff.de
41 his qui not.infa.Et ideo † clericus homicida non perdit
beneficia, niſi poſtquam fuerit condemnatus de homici
dio per ſententiam iudicis ſecundum Inno. in c. cum no
ſtris.de conceſ.præben.quem refert. Bal. in l. athletas in
§.calumniator. in princ. ff. de his qui not. infa. & voluit
Bal.quem uide,in c.ſicut.in 2.col.de coha.cle. & muli.&
faciunt quæ latius dixi in conſi.meo. incip. miſericordia
domini &c. in 6. cha. Contra prædicta tamen facit non
parum glo.in l.pen.§.fi. in verſi.per contumaciam. C.ad
42 treb.q dixit,ꝙ ad hoc ut quis dicatur contumax,† ſuffi-
cit conſtare ex actis, licet ſuper hoc iudex non pronun-
tiet:quam glo.ibi dixit unicam & ſolitariã Bald.& idem
ipſe dixit in authẽ.ſed cum teſtator.in pe. col. C.ad legẽ
fal.& in c.1.in 7.colũ.uer.ſed an ſufficiat. de mili. uaſal.
qui contum. eſt. de qua glo.loquutus ſum in l. 2.in fine.
C. de fide inſtru. pro qua glo. facit, Nam acta indncunt
43 † notoriũ,ſecundum Alexan.in conſil.404.incip.Chri-
ſti ſaluatoris.in pen.col.& Ludo.Ro.in conſ.273.incip.
clarum eſt &c.in fi.uerbis.& Alexan.in conſil. 77.in cau
ſa & lite.in pe.colum.in fin.in 2.uolu. & Abb. in conſil.
43.incip.in præſenti quæſtione. in fin.uol.1. & in noto-
44 riis non requiritur declaratio † iudicis, ſecundum plu-
res doct.quos retuli in rep.rubr. C. de proba. in 44.co-
lum.in uerſic. attamen ubicunque &c. Contrariã tamen
partem puto de iure ueriorum:uidelicet,ꝙ ſuper tali cõ-
tumacia



tumacia requiratur interlocutoria iudicis, nõ obſtante
ꝙ illa cõſtet ex actis: eo quia ẽt ſuꝑ notoriis requiritur
45 † ſentẽtia iudicis,vt ſatis late dixi in dicta repet.mea ru
br.C.de probatio.in 46.col. verſ. attende &c.& tamẽ vi
de Pau.de caſt.in d.l.pen. C. ad Trebel.Scias tamen vnũ
in ſupradicta materia videlicet,ꝙ ſi ex forma ſtatuti cõ-
tumax debet haberi pro confeſſo:ſi antequã ſuper dicta
46 contumacia ſit pronunciatũ decedat contumax, † non
ꝑiudicaret talis cõtumacia hæredi.ita no.dixit Bart.in l.
1.§.ſed hæc cõſtitutio.ff.de calũniato. & in l.eius q dela-
torẽ.in fi.1.col.ff.de iure fiſci,& in l.2. in §. ꝙ ſi actor.C.
de iuramen.cal.in fi.& Bal.in l.1.in 3.col.verſ.ſed dubita
tur eo caſu.&c.C.ne ex delic.defunctorum.& in c.vaſal.
in ver.dicit Io.monachi &c.ſi de feudo fuerit cõtrouer.
Itẽ ſcias ẽt ꝙ ſicut vera cõfeſſio aliquando poteſt reuoca
47 ri † tanquã erronea vt late ſatis an dixi,in l.1. §. ſi.ad fi-
nem.ff.de quæſt.ita eodẽ mõ poterit reuocari ficta cõfeſ
ſio inducta per ſtatutũ ꝑtextu erroris: & contra talẽ con
feſſionẽ admittit probatio.ita ſingulariter dixit d. Fran.
de Are.in conſil.ſuo 147.incip.viſa conſultatione &c.in
3.col.quẽ refert Iaſ.in l.is qui. in 3. col. qui teſta.facere
poſ.vbi ſequitur opi.d.Fran.in d.conſ.& plura not.addu
cit,de quo ẽt ego late loquutus ſum in l.1. §.ſi.in pen.&
vlt.col.ff.de quęſtio.vide tñ differentiã in tribus caſibus
inter verã confeſſionẽ & fictam inductã à ſtatuto,quam
ponit Ang.de Are.in tract.malefi.in verbo, q iudex vi-
dẽs.in verbo,q̃ritur an an tale ſtatutũ &c. circa finem.&
ibi in addi.Itẽ ẽt teneas mẽti perpetuo,ꝙ cõtumax licet
ex forma ſtatuti debeat haberi pro confeſſo, tñ ad hoc
vt valeat condemnatio de delicto contra accuſatũ vel in
48 quiſitum de crimine, † debet vltra contumaciam cõſta
re de delicto,& debet cõuinci de ipſo,aliter nõ valet bã
nũ nec condẽnatio,ita ꝓbat tex.in l.raptores.C.de epiſ
co. & cleri. poſt prin. in verbo,cõuicti interficiãtur &c.
& ibi ẽt circa med.d.l.in ver.poſt legitimas & iuri cogni
tas probationes &c.& ibi ẽt in fine legis. in verſ.reperti
& conuicti fuerint &c. & ita per illum text. & per alia

plura iura dixit Spec.& ibi Ioan.And.poſt eam in tit.de accuſatione.in 4.parte.in §.fin.in 9.colum.verſic. ſed po ne A.fuit accuſatus &c. quod eſt ſingula. not. pro adiuuandis amicis bannitis, quando banniti fuerunt propter eorum contumaciam. & non ex aliquibus probationibus.Et idem etiam tenet Oldra.in conſi. ſuo 75.incip.hic agitur &c.poſt principium in verſi.& doctor.iuris canonici &c.de quo etiam dixi in repet.mea l.1.C.de raptu virginum. in nume. 129. incip.nota etiam ex iſto tex.&c.Vide tamen Bal.in c.1.§.iniuria.in 6.col.ver.quęro vtrum valeat ſtatutum de pace iuramen. firm. Et licet Ioan.And.vbi ſupra, referat Guido.de Suza. dicere iſtud eſſe uerum de iure:ſed ꝙ contrarium ſeruatur de facto : tamen dico quòd per dicta verba non probatur quod contrarium ſeruetur de facto ut dixi, ſupra.in §.1. in nu.15. & caſu quo hoc probaretur per teſtes, uel per inſtrumenta, ſcilicet ꝙ contrarium ſeruaretur de facto, iſtud non releuat, quia attendi debet, quod de iure fit, non autem quod de facto fit.imo quæ de facto fiunt,nullam habent firmitatem vel robur: ſed imo de facto reuo
49 cantur, ſecundum gloſſam.in l. minor. ff. de euictio. & Bal.in l.ſi pacto quo pœnam.C.de pact. de quo latius dixi in l.1.in prin.in 7.col.ff. de quæſtio.Item pro prædicta doctrina Spe. mihi videtur etiam tex. in authen. qua in prouincia in §.1. in verſic. ſi tamen omnino appareat obnoxius &c.C.vbi de crimine agi oportet. & tex. in argu.in l.fi.§.fi.ff. de bonis eorum qui ante ſententiam ſibi mortem conſciue.& tex.in l.2.in §. ſinautem. in verſi.& & conuicti &c.C.de his qui latro.occul.Item etiam pro dicta doctrina eſt optimus tex. in c.deus omnipotens.in verſi.nullum ante veram iuſtamq; probationem iudicare aut condemnare debemus &c.2.q.1. Et pro prædictis etiam facit in arg.illud videlicet, ꝙ quando aliquis damnatur ex præſumptionibus, & non ex probationibus:
50 † tunc nunquã debet ſibi imponi vera pęna delicti,ſed alia minor.ita dixit Inn.in c.qa veriſimile.de pſumptio. qđ dictũ pro valde not. referũt & ſequũtur doct. in c.af-

ferte.



ferte.extra de præſumptio.& Bal.in l.nõ eſt veriſimile.ff. qđ metus cauſa. & in c.1.in fi.quib.mod.feud.amitta.Et idẽ voluit Bal.in l.eius.in §.1.in fi.ff.de teſta.& d.Abb.in c.auditis.in antep.col.de præſcri.& voluit Pau. de Caſt. in conſi. ſuo 197.inc.viſa inquiſitione. Et illud dictũ In no.etiã ſequitur.d.Ant.& Abb.in c.quanto de pręſump. & in cap.conſtitutus de teſti.& Oldra.in conſ.192. inci. viſo diligenter &c.Bald.in conſ.ſuo 220.incip. in quæſt. in 2.colum.in 3.volum.& Alexand. in conſi. 188. incip. viſo in vlti.col.in 7.volu.& dixi in cõſilio meo 10.incip. non auferas.poſt principium.& in l.1.in 9.Charta.C.de ſica.& voluit Spec.in tit.de præſump.in §. ſpecies in ver. in ſumma.& Petr.de Anch.in regula,ſemel malus.in 10. col.de regul. iur.in 6.de quo latius dixi in l.repeti.in 6.
51 col.ff.de quæſt.Et facit etiã ratio.Nã † contumacia dicitur ficta probatio & nõ vera,ſecundũ do.Nellũ in tractatu bannito.in prima parte primi tẽpo.in 1.quæſt.in vlt. col. & voluit Ang. de Aret. in tractatu maleficiorum.in verbo, qui iudex videns &c.in verſic. quæritur tamẽ an tale ſtatutum. in princ. ubi plura ad hoc allegat.Et ideo dixit no.Bald.in l.ſi filio.la.2. ff. ſolu. matrimo. circa fi-
52 nem. ꝙ contumacia † eſt fictum delictũ & non verum, de quo etiam per Bald. in l. & in multis. C. de appell.& per Ioan.de Imol.in l.pe.in §.ad crimẽ.ff. de publi. iudi. & per Bertha.in reperto.ſuo in verbo, contumacia.in 2. colum. in 2.uerſ.Pro quibus facit etiam, nam ſententia
53 lata contra aliquem contumacem † magis præſumitur lata propter vitium contumaciæ,quã propter ius partis. text.eſt in l.præſes. C. de pign. & in l.ſi ideo.ff.de euict. & in l.Papinianus. in §. meminiſſe. & in l. repudiantis. in §.fi.ff.de inoffi.teſta.& in c.fi.de empt. & vendi.quę iura ad hoc allegat Ludo.Rom.in conſ. ſuo 329. incip.præſens conſultatio.in pen.col.vbi alleg. Bar. in l.ſæpe.ff.de re iudic.& l.res inter alios.C. qbus res iudi. nõ nocet.& d. Ant.in c. quãuis de re iudi. Pro quibus faciunt optime dicta per d.Feli.in cap.fraternitatis.in 2. colum. verſ.tertio fallit.de hæreticis & in c.in literis.in 10.col. ver.pro

quo optime facit.de conſtitu.& per Bal.in l.1.circa finē.
C.de calumnia.& per Soci.in conſ.ſuo 18. incip. proſe-
quendo.in 11. col. Et faciūt quæ latius dixi in ſingulari
meo 4.⁰inc. quāuis aliquo caſu &c.Et ꝓ prædicta doctri.
Spec.in d.tit.de accuſa.§.ſi.in 9.colum. in d. verſ. ſed po
ne, A fuit accuſatus &c.& ꝓ aliis ſuperius adductis,facit
optime in argu.ſingu.verbum Ale. in l. omne delictum.
circa pen. ff.de re militari.vbi dixit,ꝙ ad hoc, vt accidēs
bānitum gaudeat beneficio ſtatuti permittētis bannitū
54 poſſe impune occidi, † debet occidere bānitū ex veris
ſufficit quòd adhibeatur cauſæ cognitio per curatorem, niſi fiat mentio in inſtrumento: ſed etiam hoc non ſufficit ut actus factus a minore ualeat: ſed etiam requiritur quòd de ipſa cauſæ cognitione fiat ſcriptura de per ſe diuiſa ab eo, ſup quo interponitur autoritas, ita multum ſing. dixit Pau. de Caſt. in conſi. ſuo 91. incip. ſuper eo quod quæritur &c. ubi dicit quòd hoc uoluit Spec. in tit. de procuratoribus. in §. 1. in uerſ. quid ſi ſolum per libellum, quod dictum refert & ſequitur dom. Felin. in d. cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. in 8. colum. de conſt. ubi dicit, quòd hanc partem tenuit etiam Inno. in c. quoniam contra. de proba. & idem tenuit Socin. in conſ. ſuo 115. incip. circa primam. in 1. col. in 1. uol. Sed ego ultra. do. Fel. in adduco not. doctrinam Paul. de Caſt. in l cum hi. in §. prætor. ff. de tranſactio. ubi dicit, ꝙ ſi ſtatutum dicit
45 † quòd mulier uel minor non poſſit ſe obligare ſine authoritate iudicis, ꝙ tūc nō ſufficit ꝙ iudex authoritatē interponat, niſi contineatur in inſtrō, ꝙ adhibuit cauſę cognitionem, & reperit illum contractum cædere in utilitatem ipſius minoris, & hoc quia ſtatutum noluit committere iudici reum negligendam, ſed perquirendam, & allegat Spec. in tit. de empt. & uenditio. in §. nunc dicendum. in uerſ. & breuiter. Et ſubdit Pau. de Caſt. ubi ſupra quòd licet aliqui dicant quòd ubi reperitur interpoſitum decretum iudicis, præſumitur adhibita cauſæ cognitio, quod tamen hoc non uidetur uerum per illum tex. d. §. ſi prætor. niſi in inſtrumento expreſſe hoc caueatur. & uidetur ſufficere quòd dicatur cauſa cognita, licet non exprimantur particularia alleg. Bal. in l. 1. C. de fide inſtr. & iure haſtæ fiſca. lib. 10. Ex iſtis ergo ſupradictis habes quomodo ſit procedendum cum minore, & quando eſt ſibi dandus curator, maxime in criminalib. quæ ſolennitates ſunt ſeruandæ. tene menti prædicta: quia iſta forte ita late alibi nō inuenies. Ex quibus ego alias annullaui unum proceſſum factum contra minorē, in quo non erant ſeruata prædicta, licet illi iudices ſe multum exiſtimarent & reputarent ſe doctiſſimos. Nolo



lo tamē ommittere unum in hac materia not. uerbum. Bal. in c. 1. in §. ſacramentum. in pe. col. uerſ. modo quæro &c. de pace iuram. firman. in uſib. feud. ubi dicit, ꝙ
46 † confeſſio minoris facta ſine curatore ualet: quia præſentia iudicis ſupplet defectum curatoris, & dicit quòd hoc tenet Cyn. in d. l. clarum. C. de aut præſt. uide etiam & dixi in repetit. mea. l. fin. C. de proba. in 3. q. extraor. ſed hoc tamen in practica non ſeruatur, nec forte de iure ſubſiſtit. Modo ulterius progrediēdo ſcias, quòd quando coniungeret, quòd contra aliquam mulierem procederetur per uiam accuſationis, uel inquiſitionis, & contra eam eſſent indicia, quæ purgari deberent per tortu-
47 ram, tunc ſi ipſa mulier ſit prægnans, † differenda eſt tortura donec pepererit, & etiam debent decurrere 40. dies ex poſt, in quibus male ſtat in partu, ſecundū Bart. in l. prægnantis. ff. de pœn. poſt glo. ibi. & idem tenet Io. de Ana. in c. intelleximus. in 2. ſeu 3. col. extra de his qui filios occi. Et rationem allegat Barto. dicens, quòd ratio eſt quia cum ipſa mulier in illis quadraginta diebus ſit debilis, poſſet mori. debet ergo expectari, donec ſit fortis ad torturam: & idem tenet Bal. in l. Imperator. ff. de ſta. homi. ubi ſubdit, ꝙ ſi in iſtis temporibus mulier torqueatur, ſcilicet, quando eſt prægnans, uel quando eſt in-
48 tra quadraginta dies à die partus, quòd † confeſſio facta in tali tortura non ualeret. Et idem etiam credo poſſe dici, quod etiam ultra dictos quadraginta dies nō poterit torqueri, ſi non reperiatur nutrix puero, & hoc ne ipſe puer periret caſu quo mater periret. ad quod ſeruiunt uerba Bar. in d. l. prægnantis. ubi dicit, ꝙ differtur mors mulieris prægnantis, & puerperæ quando ultra puerperium non reperiretur nutrix puero: quem refert & ſequitur Ioan. de Ana. in d. c. intelleximus. in ult. col. Et faciunt etiam dicta per Bal. in d. l. Imperator. ubi dicit, ꝙ ſicut debet differri mors prægnantis mulieris, uel membri mutilatio, ita tortura. Nec etiam ſecundū eum
49 poſſet cogi uenire † ad teſtificandum, ſi eſt periculum partus in itinere. Et ſubdit quod eadem ratione ſi deberet

ret ire in exilium,debet differri. Item quia iſtud benefi-ciũ fit partui,& non ipſi mulieri.ſit ſubdit et eidẽ ratio-
50 ne ꝙ ſi poteſt bannitus impune occidi † vigore ſtatuti, non poterit occidi mulier prægnans bannita, donec eſt prægnans: quia grauiſſimũ facinus committit, qui prægnantẽ occidit.& idẽ dixit d. Nellus in tracta. bannit.in 2. par.2.tempo.q.15.inc.viſo &c. Et ſubdit etiam Io.de Ana.in d.ca. in elleximus. de his qui filios occi. ꝙ prædicta procedunt, etiam ſi partus eſſet adulterinus, vel in carcere conceptus, & etiam ſi ipſa mulier eſſet prægnās decem, vel viginti dierum tantũ: quia licet nondũ ſit anima.tamen ſpes eſt eius.ad quæ etiam vide Ang.de Aret.in tract.ſuo malefi. in verbo fama publ. in 6.char. in verſ.ſexto quæro.quæ omnia retuli in l. 1. in prin.in 5.col.in verſ.9.requiritur. ff. de quæſtionib.

Scias etiam vlterius, ꝙ ſi per iudicem procederetur contra clericũ de aliquod delicto, non poſſet iudex ꝓcedere ad torturã ẽt exiſtentibus contra eum quibuſcun-
51 que † indiciis, niſi ipſe clericus alias ſit infamis: ita dixit Abb.antiquus in c. grauis. extra de depoſito,& eum ibi ſequitur Pau.de Leaz. & eũ ẽt refert Io. de Ana.in c. 1.circa 5.col.de cle.percuſ.& Abb.in c.cũ in contẽplatione.de reg.iur.& d.Alex.in l.ſi.ff.de quæſt & in l.milites. C.de quæſt. & idẽ Barbat. in c.ſi conſtiterit. in 3.col.de accu.& d.Fel.in c.veniens.in 2.col.de teſti.& in c.vniuerſitatis.de ſent.exc.de quo latius dixi in ſing.meo.55.inc. aduertas ad vnũ &c.vbi videas.Item teneas ẽt perpetuo
52 menti in contingentia facti,ꝙ in cã criminali † mutilati mẽbris, vel corpore vitiati nõ pñt teſtificari contra clericũ.ita dixit Abb.antiquus in c.1. de excep.quem refert & ſequitur Bal.in ſua marg.in verbo, mutilati &c.

Iſtis omnib. ſeruatis põt poſtea iudex ponere reũ ad torturã, & pro quolibet ſufficiẽti indicio põt ipſum reũ ter ſquaſſare: & ita ſeruat cõis practica totius Italiæ. Et debet ipſe iudex facere,&curare quod ante torturã non comedat de proximo, ſed ſit ieiunus ad minus per quinque,vel ſex horas ante torturã: quoniã multi reperiun-

tur,



tur,qui torquentur poſt cibum,qui omnia quæ comederunt euomunt, & quandoque etiam euomunt propriũ ſanguinem & reuoluitur ſibi cholera, & cerebrum,adeo quod per duas,vel tres horas non ſunt in plenitudine intellectus.Et ex hac cauſa qñ reus videt quod hora conſueta non datur ſibi cibus,tunc cõtriſtatur valde, cognoſcens, ꝙ debet torqueri in breui. Poſito poſtea reo ad torturã,ſi iudex videt illum non timere torturã, vt multi reperiũtur, qui habẽt aliquas incãtationes vt multos habui in fortiis ĩ diuerſis locis,& officiis,in qbus fui per Italiã,q nõ ſentiebãt torturã, tunc iudex mutet tormẽtum,& adhibeatur aliud genus tormẽti.Nã plura & plura ſunt genera formẽtorum vt late & extenſe ſatis dixi in l.1.in prin.in 11.col.ver.vlterius dicitur hic &c.ff.de qõ.Et ſcias ꝙ qñ iudex vult oppugnare incãtationes rei & illis vult obuiare,tũc mutet carcerẽ reo, & non ꝑmittat,ꝙ ipſe aliquid de ſuo exportet ſecũ de his, quę habebat ibi ſecum in carcerem:& ſimiliter ſpoliet eum omnibus veſtibus ſuis,& etiam camiſia: quia vt plurimum habẽt incãtationes ſuas in veſtibus vel in camiſia. Item caueat ſuper oĩa ne aliq̃s det ſibi comedere: imo velit videre oĩa q̃ ſibi portant ad comedendum: & ſi aliqua ex illis ſint ſibi ſuſpecta,illa ꝓiiciat & ſubroget de ſuo: & nõ permittat mõ aliquo,ꝙ detur ſibi panis vel placẽta aliquã:nã in placentis,& panibus cõmuniter ponũtur incãtationes cõtra tormẽta. & inter alias incãtationes vidi alias vnã mirabilẽ & verã:nã habebã vnũ ſartorẽ in fortiis pro fure,contra quẽ erant fortiſſima indicia. ego eũ pluries poſui ad torturã,& ad alia tormẽta,nec vnquã ipſe ſentiebat talia tormẽta. finaliter fuit mihi neceſſe eũ liberare, quo liberato poſt plures dies ipſe venit ad me ꝓ vno obſeqo iuridico,videlicet,vt facerẽ capere quendã eius debitorẽ de fuga ſuſpectũ,ego eũ ſeruiui,poſtea petii ab eo,vt vellet mihi dicere veritatẽ, ſi eo tpe quo erat in fortiis meis,dũ ego faciebã eũ torquere,ipſe habebat aliquas icãtationes ſupra ſe cõtra tormẽta: & ipſe dixit,ꝙ ſic,& mihi narrauit,ꝙ q̃dã ei⁹ amita fecerat ſibi

quandam

quandam placentam cum farina frumenti ſimul cum lacte matris & filiæ, & miſcuit omnia ſimul, & fecit unam placentam: & poſtquam fuit cocta miſit eam dicto reo, qui reus quotidie comedebat parum dictæ placentæ: & quouſque habebat etiam quid minimum dictæ placentæ in corpore nihil penitus ſentiebat dicta tormenta. & etiam alias à quãpluribus reis ſenſi hoc de iſto lacte matris & filiæ. Ideo iudex diligenter debet aduertere ad iſtum panem, & placentas, quæ reis portantur ad comedendum: quia magis commmuniter fiunt in iſtis incantationes contra tormenta, quam in aliis rebus. & expertus loquor. Item iudex inquantum poteſt non permittat reum tacite loqui de per ſe ſubmiſſa uoce, maxime dum ligatur ad torturam, ſed rumpat uerba ſua eũ continue interrogando de aliquo. Nam dum ligantur dicũt aliqua uerba a ſe ſubmiſſa uoce, quæ uerba ſunt in paſſione Domini noſtri Ieſu Chriſti: quibus dictis dormiunt in tortura, & nihil ſentiunt. & incipiunt ibi, quẽ quæritis. Ieſum Nazarenum: ſi ergo me quæritis, ſinite hos abire. & ſequuntur dicendo omnia quæcunque uerba quæ dixit Chriſtus in paſſione ſua uſque ad uerbũ, & inclinato capite emiſit ſpiritum: & cum dixerint talia uerba, dormiunt, & non ſentiunt. ideo eſt neceſſe ꝙ iudex ſit ſagax & aſtutus, dum ipſe reus ligatur ad torturam, ut eum interroget de aliquibus, & non permittat, ut à ſeipſo loquatur. Ego alias dum eſſem Capitaneus uallis Lugani cum magno labore habui a quodam ribaldo carcerato pro falſa moneta quædam uerba, quæ ſi dicantur in aure rei quando eſt ligatus ad torturam, uel poſitus ad aliud tormentum rumpunt omnes incantationes: adeo ꝙ dictis talibus uerbis ſentit ipſe reus tormenta, & in eis cruciatur, ſicut ſi nihil dixiſſet, uel nihil comediſſet, ex quibus uerbis pluries cõſequutus fui honorem contra plures reos diuerſorum delictorum in pluribus & diuerſis locis Italiæ, in quibus fui aſſeſſor & officialis: ideo tene menti prædicta. & uide etiam quæ dixi in l. 1. in prin. in 11. & 12. col. ff. de quæſt. ubi poſui plura



genera tormentorum, quæ ſæpe practicantur à iudicibus contra reos.

## *SVMMARIVM.*

1 *Teſtis vnicus in criminalibus an faciat indicium ad torturam & quando. Et quid ſi ſint indicia. nume. 5. 6. & 71. & 132.*

2 *Indicium ad torturam facit in criminalibus illud, quod in ciuilibus facit probationem ſemiplenam. 116.*

3 *Defectus quilibet in teſte minimus impedit, vt non poſſit parti deferri iuramentum in ſupplementum probationis.*

4 *Teſtis non reddens rationem dicti ſui, non eneruat dictum alterius reddentis rationem.*

7 *Teſtes duo ſuper remotis à maleficio an requirantur ad faciẽdum indicium ad torturam. Et an debeant eſſe omni exceptione maiores. 8. 72.*

9 *Probationum plures ſpecies ad probandum quando ſimul iungantur.*

10 *Teſtes ſingulares in diuerſis non debent ſimul iungi. Et an faciant veram probationem. 14. 17.*

11 *Indicijs duobus à remotis, an vnum iuuet aliud ad torturam.*

12 *Probatio vera ex pluribus indicijs fieri an poſſit, & in quibus cauſis habeat locum 13.*

15 *Teſtes mille ſingulares tantum probant quantum vnus.*

16 *Scripturæ mille priuatæ fidem plenam facere nequeunt.*

18 *Fama de per ſe ſola an faciat indicium ad torturam. Et quid ſi fama ſit vehemens. 19.*

20 *Vehementia ſunt maximi effectus.*

*Probationem ſemiplenam ſupplet vehemens adminiculum.*

21 *Indicia multum vrgentia faciunt plenam probationem.*

22 *Præſumptio violenta an ſufficiat in criminalibus ad condemnandum.*

23 *Indicia an ſufficiant ad torturam iudicis arbitrio relictũ eſt.*

24 *Iudicis arbitrium iuri & æquitati debet eſſe conſonum*

25 *Conſcientiam publicam & non propriam ſequi debet, qui diſponendi ſecundum conſcientiam facultatem habet.*

26 *Iudex regulas iuris ſequi debet non conſcientiam ſuam quæ iuribus aduerſaur.*
27 *Iudex in arbitrariis qualiter iudicare debeat.*
29 *Indicia perfectionem in genere ſuo requirunt priuſquam vires habeant.*
30 *Ratio eadem eſt de toto quo ad totum, quæ de parte quo ad partem.*
31 *Teſtes facientes indicium ad torturam, an debeant reddere rationem dicti ſui, etiam non interrogati.*
32 *Teſtis vnus deponens ſine cauſa an faciat ſemiplenam probationem.*
*Et quid de variante an præbeat cauſam ſententiæ.* 75.
33 *Locus a communiter accidentibus facit indicium indubitatum ad torturam.*
34 *Argumentum a ſolitis eſt validum.*
35 *Fratribus communionem habentibus dotis ſolutio vnius quam reddendam promiſit, ex quo fieri debeat.*
36 *Iactantiæ an faciant indicium ad torturam.*
37 *Mandatarius contra mandantem an faciat indicium ad torturam.*
38 *Teſtes deponentes de mandato an ſint idonei.*
39 *Dicto ſcribentis obligationem priuatam de mandato an ſtandum.*
40 *Abſurditas eſt vitanda.*
41 *Fuga an faciat indicium ad torturam.* 42. *Et an tollatur per iuramentum fugientis* . 43. *Et quid in præparante fugam.* 50.
44 *Aſſerentis dicto cum iuramento in his quæ conſiſtunt in animo ſtatur.* 109.
45 *Fuga in quibus caſibus faciat probationem vſque ad nu.* 49.
49 *Fuga operatur reuocationem mandati.*
51 *Iudici exequenti de facto poteſt reſiſti. Et quid in iniuſte vel indebite factis.* 54.
52 *Cuſt[illegible]s carceris quando non teneatur de fuga incarcerati.*
53 *Conſanguinei condemnati an poſſint de facto reſiſtere iudici exequenti ſententiam criminalem a qua fuit appellatum.*
55 *Familia poteſtatis quando teneatur de occiſo reſiſtenti capturæ.*



*pturæ.*
56 *Incarceratus iniuſtè pro cauſa capitali an teneatur de homicidio, ſi cuſtodes ad euadendum peremerit.*
57 *Sanguinem ſuũ redimere quomodocunque an liceat.*
58 *Torturam indebitè paſſus qua pœna puniendus, ſi iudicem occiderit.*
59 *Socius criminis, an faciat indicium ad torturam contra ſociũ eiuſdem criminis, ſi aliud non habeat adminiculum* 60. *Et an requiratur quòd ſit in quæſtione.* 61. 8.
62 *Infamis contra aliquem ſine quæſtione non auditur.*
63 *Teſtes ſine iuramento nec etiam in ciuilibus non admittuntur.*
*Et quid in teſte affidato.* 64.
65 *Commiſſarii conſcientiæ quatenus [illegible]andum.*
66 *Papa an poſſit diſpenſare teſtẽ de [illegible] iurando in teſtimonio ferendo.*
67 *Inquiſitio ad dictum ſocii criminis an poſſit formari.*
69 *Inimicitia an & quando faciat indicium ad torturam.*
70 *Mentiri pro leui inimicitia de facili quis [illegible] præſumitur.*
74 *Mendacium an faciat indicium ad torturam. Et quid ſi contra mendacium nu.* 98.
76 *Confeſſio facta extra iudiciũ an faciat ind[illegible] ad torturam. Et quid in confeſſione minoris.* 77.
78 *Confeſſio extraiudicialis an ſit ſufficens ad puniendum de delicto glori antem. Et an poſſit reuocari.* 79.
80 *Teſtimonium impuberis an faciat indicium ad torturam.*
81 *Clericus de delicto quando conuinci poſſit per teſtes laicos.*
82 *Impuberes duo an & quando probent delictum.*
83 *Teſtes qui nõ admittantur ſine tortura. Et quando inhabilitas teſtis admittatur.* 84.
85 *Minæ præcedentes maleficium an faciant indicium ad torturam.*
86 *Fama mala minantis probata an præſumatur durare in diuerſo genere mali.*
87 *Occidi an poſſit impune qui alteri mortem minatur.*
88 *Minæ an inducãt iuſtũ metũ.*
89 *Actione iniuriarum contra minantem an poſſit agi.*

90 *Metum offendendi inferens an pacem promiſſam rumpere dicatur.*
91 *Res furtiuæ penes reum repertæ an præbeant indicium ad torturam 96.*
92 *Hæreticus liber penes aliquem repertus, an illum præſumat hæreticum.*
93 *Incarceratus mortuus an præſumptionem faciat cõtra cuſtodem de dolo, vel culpa.*
94 *Inſtrumento falſo vtens de ſe præſumptionem falſitatis facit.*
95 *Procurator illius in dubio præſumitur, penes quem reperiuntur acta cauſæ.*
97 *Vicini an poſſint capi, & torqueri pro furto inueniendo.*
99 *Delinquere ſolitus an præbeat indicium ad quæſtionem.*
100 *Regula, qui ſemel malus, qualiter eſt intelligenda.*
101 *Incertitudo illati vulneris in rixa præſumptionem in nequiorem dirigit.*
102 *Fur in dubio præſumitur qui eſt ſolitus furari.*
103 *Statutũ quod de damno dato ſtetur iuramento damnum paſſi, an includat falſarium.*
104 *Satiſdatio pauperi an remittenda ſi cauere non poſſit.*
105 *Cautionis iuratoriæ beneficium an perdat ille, qui cautionem ſolitus eſt non ſeruare.*
106 *Rapiens uitiatam an præſumatur rapuiſſe per vim, & cadat in pœnam ſtatuti de raptoribus.*
107 *Occiſus repertus in via an præbeat præſumptionem homicidij, penes cuius oſtium repertus eſt nu. ſeq.*
110 *Relaxandus fideiuſſoribus non eſt, qui ſemel e carceribus aufugit.*
111 *Producentis iuramento an inſtrumenta ſint de nouo reperta, ſtatur.*
112 *Statutum quod credatur libro mercatoris, an intelligendũ de mercatore infami.*
113 *Legis aut ſtatuti uerbis hærere debet, qui ſuper illis ſe fundat.*
114 *Præſumptio minus eſt quàm indicium.*
115 *Præſumptiones perſpicuæ faciunt argumentum.*
117 *Offenſi conſtituti in mortis articulo dictum an faciat indicium ad torturam.*

118 Per-



118 *Percuſſorem non iuuat vulneratus qui medici culpa dixit ſe mori.*
119 *Confeſſio facta in mortis articulo an valeat. Et quid ſi ſit facta ſine cauſa, & an poſſit reuocari 120.*
121 *Inculpatio offenſi facit aliquam præſumptionem.*
122 *Verba in potiori ſignificatu intelligenda.*
123 *Doctorum dicta ſecundum allegatas leges intelligenda.*
124 *Infames in teſtimonium admittuntur in crimine apud locum infamem commiſſo.*
125 *Vxor quo caſu admittatur in teſtem contra maritum.*
126 *Lex ea probatione quæ fieri poteſt, contentatur in difficilibus probationibus.*
128 *Furem propria autoritate capere quando, & quibus permiſſum.*
129 *Aggreſſorem fugientem an liceat impune percutere ad iniuriam vlciſcendam.*
130 *Limitatio ad regulam, odia reſtringi.*
131 *Teſtis vnicus in facto proprio plene probat.*
132 *Teſtimonium laici contra clericum an faciat indicium ad torturam. Et an admittatur ad probandam famam contra laicum. 134.*
135 *Teſtimonium quæſtionem indebite paſſi an faciat indicium ad torturam contra alium.*
136 *Contumacia an faciat indicium ad torturam contra contumacem.*
137 *Receptio literæ cum taciturnitate admonitoriæ fugiendæ pœnæ commiſſi ſceleris an faciat indicium ad torturam. Et an in ciuilibus faciat plenam probationem. 138.*
139 *Meretrix publica an faciat indicium ad torturam.*
140 *Mulier an & quando poſſit eſſe teſtis, remiſſiue.*
141 *Teſtis qui non debet examinari, an faciat indicium ad torturam.*
142 *Teſtis intra terminum non examinatus, an præbeat aliquod indicium.*
143 *Teſtis examinatus ſine iuramento, vel non legitime, an faciat præſumptionem. 144. 148.*
145 *Reſeruatio qualiter operetur effectum conſeruatiuum actus.*

H 3 Et

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

Et quid reſeruatio exceptionū operetur 146.

147 Teſtes inordinate recepti non probant.

149 Teſtes duo ſingulares ſuper eodē facto, an cōiungantur ad faciendum indicium quæſtionis.

150 Indicium an ſumatur contra illum, qui maleficium primo inuenit, & contra impium ſollicitatorem.

151 Suſpectus eſt qui ſi ingerit.

152 Plecti capitaliter ex indiciis indubitatis an quis poſſit.

153 Indicia indubitata quæ ſint rem.ſſiue.

154 Accuſatus per reū in quæſtione an poſſit torqueri reo poſtmodum rogante.

155 Reus cōfeſſus delictum an poſſit ſine nouis indiciis repeti in tormentis, vt mandantē manifeſtet. Et quid de aſſaſſino. 156.

157 Crimē enorme an requirat ſolennitates requiſitas in aliis criminibus. Et an poſſint recipi teſtes lite non conteſtata & parte nou citata. 158.

159 Iura licitum eſt tranſgredi propter enormitatem delicti.

160 Clericus quando poſſit ſine degradatione puniri.

161 Statutum abſoluens delinquētes, an comprehendat enormiſſimi criminis reos.

162 Reus enormis criminis an poſſit renuntiare defenſionibus. Et an poſſit capi ubique. 163.

164 Aduocare pro inſignibus furibus iudex an debeat permittere.

Et an procedendum non ſeruato iuris ordine. 165.

166 Clericus aſſaſſinus puniri poteſt per iudicem laicum.

167 Animal brutum an poſſit puniri

168 Memoria defuncti poteſt damnari.

169 Reus enormis criminis ante mortem poteſt mutilari.

170 Conſequentia non tenet accuſatus eſt, ergo reus eſt uere.

173 Statutum præmians accuſantem an requirat probationes.

174 Dicere non ſufficit niſi dictum probetur.

175 Indicia etiam in crimine leſæ maieſtatis torturam præcedere debent.

176 Magiſtratus minores propter enormitatem delicti an poſſint iura tranſgredi.

177 Indicium unum an ſufficiat ad torturam.

Confeſſio



178 Confeſſio tacita, per pacem ſequutam an faciat indicium ad torturam delicto, in quo fuit facta pax.

179 Iniuriam remittens per pecuniam eſt infamis.

180 Delictū fateri an uideatur, qui ueni am petit.

181 Incantationes an faciant indicium ad torturam.

182 Teſtes in cauſis criminalibus an cogendi teſtificari.

183 Indicia ſuperuenientia an cōfirment torturam præcedentem indebite factam, & confeſſionē ex ea extortam.

184 Donatio per filium familias ſine conſenſu patrs facta poſtmodum per patrem ratificata, an ualda ſit.

185 Statutum de mulieribus ne ſine conſenſu propinquorum contrahant, an includat contractū poſtea per parentes ratum habitum.

186 Laudum latum non præcedente compromiſſo non poteſt ratificari per partes.

187 Laudū non poteſt ratificari a partibus antequam feratur.

188 Filij ex matrimonio gradus prohibiti ante deſpenſationem nati ſunt illegitimi.

189 Reconciliatio non roborat teſtimonium inimici contra inimicum.

190 Reus an torquendus propter indicia contra eum exiſtentia, ſi alia ſint pro eo. 196.

191 Pars benignior in teſtibus minori parti diſcordantibus præualet.

192 Indicium unum per aliud tollitur. Sicut præſumptio vna tollit aliam. 193. & idem in coniecturis. 194.

195 Veriſimile maius tollit minus.

197 Delicti præſumptio ex bonæ famæ præſumptione tollitur.

198 Probationes in ſpecie præferantur probationibus in genere.

199 Teſtibus duobus in ſpecie deponentibus potius eſt credendum quàm pluribus in genere.

200 Offenſi exculpatio eſt maximi momenti.

201 Accuſator moroſus accuſationem reddit ſuſpectam.

202 Violentia per lapſum longi temporis ideo præſumitur conuerſa in conſenſum.

203 Inſtrumentum releuatorium à petitis producere tardans n



audiendus

*audiendus,niſi refuſis prius expenſis.*

204 *Innocētia indicium præbet ,quia accuſatus ſponte ſubit carcerem.*

205 *Infamis repellitur ab accuſatione.Similiter & pauper.* 206.

207 *Ratio legis latens habetur pro expreſſa.*

208 *Accuſans aliquem duo de iure communi facere tenetur .*

209 *Iudicis officium implorari an poſſit propter ſuſpitionem de furto.*

§ DIligenter Tamen uenit aduertendum quā do vigore indiciorum iudex deuenit ad torturam,ut indicia ſint ſufficientia , ne ſi indicia eſſent minus legitima iudex ipſe teneretur poſtea in ſyndicatu : nam quilibet teſtis non facit indicium ad torturā.Et ideo ſcias ꝙ dictum vnius teſtis de maleficio,qui uiderit ipſum reum committentem maleficium,†facit ipſe ſolus indicium ad torturā,quādo eſt integer , ita dixit Bar.in l.fi. ff.de quæſt.& in l.admonendi.ff.de iuruiur.in 11.colu . & Cyn.in l.3. C.ad leg.Iul.maie.& Innoc.in cap.ſicut. de ſymo.& Bald.in l.2.in 1.col.C.quorum ap.non reci. & in conſi.ſuo 97 incip.an mandatarius &c.ante fi. in. 5.uolu.& in l.ſi quis ex argētarijs.in.§ . ꝙ ſi plures.ff.de edē. & Ang.in l.fin.in princ.ff.quod me.cauſa.& in aut. de teſta.imperfe . in prin.2.colum . de quo latius valde dixi in lege fina.in 2.colum. uerſi . quærit vlterius hic Bartol.&c.ff.de.quæſtio.Et pro hoc facit optime : nam vnus teſtis omni exceptione maior in cauſis ciuilibus facit ſemiplenam probationem . vt habetur per doc .

C in l.admonendi.ff.de iureiu.& in l.in bonæ fidei.C.eod.

2 Et illud,ꝙ in ciuilibus facit ſemiplenā ꝓbationē,† ī criminalibus facit indiciū ad torturā,ſecundum Bart.in. l. fi.ī fi.ff.de in lit. iuran.quod ēt voluit do.Paris de Put.in tracta.ſuo ſyndica.in cv.cha.vbi ad hoc ipſe allegat glo . in l.2.ī.§.ſi abſq;.ff.ſi ex nox. cauſa agat.ō etiam ad hoc refert & ſequit Alex.in d.l.fina.ff.de qō.de quo ibi dixi in 2.col.& idem dixit Ang.de Aret.in tract.maleſi.in verbo,



fama publica.in uerſi.iuramentum autem.de quo ēt magis late dixi in l.fina.in 2.col.ff.de quæſt.Et prædicta intellige vt ſupra dixi qñ ille teſtis deponēs de ipſo maleſi.de viſu eſt omni exceptione maior nā tūc facit indiciū ad torturam.Et docto.omnes dicentes ꝙ vnus teſtis de viſu facit indicium ad torturam, loquuntur in teſte oī exceptione maiore,& non in aliis teſtibus.ita not.dixit Bal.in l.milites.C.de quæſt.& idem dixit Bal.in c.1. §.ſacramētū.in 2.col.de conſuet.recti.feud.vbi dixit, ꝙ quilibet †minimus defectus in teſte impedit,vt nō poſſit parti deferri iuramētum in ſupplementum probationis,& ſic infert Bald. ꝙ talis teſtis non facit ſemiplenam probationem, ſed ſi non facit ſemiplenam probationem,ergo non facit indiciū ad torturam,cum iſta parificentur a iure,vt dixi ſupra proxime . Et pro hoc facit quod dixit Ioann.Andr.in capit.cum in contemplatione. de regul.iur.& Bal.in l.2.in 1.col.C. quorum app. non reci.vbi dixerūt,quod licet vnus teſtis de maleficio faciat indicium ad torturam,tamen hoc fallit, niſi aliqua alia coniectura reſiſtat,qđ dictū pro no.refert et ſequitur Alex.in conſil.124.incip. quoniam abunde & recte &c.circa princi.2 col.in 6.uolu.ꝙ eſt ſing.no,ad quæ etiam facit,ꝙ dixit ipſe Alex.in cōſi . ſuo 180 . incip.in cauſa,& lite.in 2.col.in 6.volu.& in eodē vol.in 183.cōſi incip.in cauſa & lite.in 3.col.Et facit,quod uoluit Bal. in l.fi.in prin.2.col.C.qui & aduer.quos,vbi dixit,quod quando ſemiplena probatio aliqua præſumptione eliditur , non eſt tunc locus delationi iuramenti.Et idem dixit Ludo.Roman. in conſilio ſuo 91.incip.uiſis.in pē. colum . Item pro hac parte facit:nam ad hoc ut poſſit deueniri ad deferendum iuramentum in ſupplementum probationis ſemiplene factæ per unum teſte.neceſſe eſt,ꝙ ille teſtis ſit integer & omni exceptione maior: alias ille teſtis nō facit ſemiplenā probationē,ſed ſolum īducit iudicē ad ſuſpitionē,ut ī ſimili dixit gl.i l.ēt matris.ff.de proba.& ita firmāt doct.in d.l.admonēdi.& in d.l.in bonæ fidei.& d.Alex.in conſilio ſuo 238. incipi.

uiſo

viſo proceſſu.circa me.Et faciunt dicta ꝑ Bald. in rub.de cõtro.inueſti.circa prin.vbi dixit, ꝙ teſtis faciẽs ſemiplenã probationẽ ad hoc vt poſſit deferri iuramentũ in ſupplementũ probationis, debet eſſe oĩ exceptione maior: nã ſi aliquo mõ læderetur opinio illius teſtis, nõ deberet iuramentũ deferri. Pro quibus oĩbus uide q̃ dixi in ſingu. meo 197. incip. ad hoc. & in ſingu. 83. incip. in ore vulgi &c. Vide tñ omnino Bal.in l.1.in 6.col.C.de ſumma trinita.vbi hæc dicta reſtringit vt procedãt, vbi tractatur de condemnãdo: ſed ſecus eſt vbi tractatur de inq̃rẽdo vel torquẽdo: quia tunc ẽt teſtes nõ integri admittuntur.qđ dictũ refert & ſeq̃tur d. Paris de Puteo in tracta.ſyndica.in 94.char.in vlti.col.qđ dictum tñ ego non audeo affirmare propter multa cõtraria, q̃ occurrente caſu adduci poſſent. Et circa pdictã materiã teſtis deponẽtis de maleficio de viſu, qđ nõ faciat indiciũ ad torturã, niſi ſit oĩ exceptione maior: vide etiam quę dixi in conſilio meo 74.incip.ſummi numinis &c.in pen. charta. & in conſilio 101. incip. Illumina quęſo me ſeruum tuum domine &c.in 8.char.per totũ.Et ſcias ꝙ teſtis nõ
4 reddens rationem dicti ſui non † debilitat dictum teſtis reddentis rationem dicti ſui, adeo ꝙ non poſſit deferri iuramentum in ſupplementum probationis ei, qui ꝓduxit illum teſtem reddentem rationem dicti ſui: ita dixit Bald.in l.de quibus.in pen.col. ff. de legi. quem refert & ſequitur d.Fely.in c.cum cauſam.in 6.col.in uerſic.fallit quarto.de teſti.de quo etiam dixi in d.ſing.meo 197.incip.quo ad hoc.& in l.proprietatis. C.de probat. *Item limita* etiam illud quod ſupra dixi, videlicet, ꝙ vnus teſtis de viſu facit indicium ad torturam ſeu ſemiplenam probationem in ciuilibus.hoc eſt verum quãdo ſolũ tractatˀ de tortura inferenda: ſecus aũt ſi ex forma ſtatuti vel legis deberet ſtari indiciis quantum ad plenam probationem: quia tunc neceſſe eſt, ꝙ tale indicium probetur per duos teſtes. Iſta eſt glo. ualde no.in authen.de teſt. imperfec.in prin.i ver.derelinquãt & ibi voluit Ang.vbi inq̃t, ꝙ ſi ſtatutum dicit, ꝙ in maleficiis indiciũ habeatur pro



pro plena probatione, qđ tũc licet vnus teſtis deponat de ueritate & de ipſo maleficio, tñ nõ poterit ex tali indicio ſeq̃ cõdẽnatio, niſi tale indiciũ probetur ꝑ duos teſtes, qđ eſt not.de quo dixi latius in ſing. meo 269.inc. alias dixi tibi &c. Et teneas ẽt perpetuo menti vnũ ſingulare uerbũ lucri plenũ, uidelicet, ꝙ vnus teſtis ſolus
5 de maleficio ſine aliis indiciis † nõ facit indiciũ ad torturã: eo q̃a vnus ſolus teſtis ſine aliis indiciis nõ facit ſemiplenã ꝓbationem, cũ ſit ꝙ ea, q̃ non faciunt ſemiplenam probationẽ in ciuilibus, non faciunt indiciũ ad torturã in criminalibus.ita uoluit Cyn.in l.fi.C.de quæſt.quem refert & ſequitur Ale.in conſi.313. incip. uiſo themate. in 2.col.quos refert & ſequitur Iaſ.in repe.l. admonẽdi in 78.col.in verſ.decimo, pdicta regula.ff. de iureiu.pro quo ẽt faciunt dicta per Phili.dec. in cõſ.ſuo 37. inci.in cauſa.in 4.col.in princ. de quo ẽt dixi in ſing. meo 342. inc.qñ teſtis &c.& in conſil.meo 101.inci.Illumina quæſo me ſeruũ tuũ domine &c. in 9. charta. Et pro pdictis facit optime qđ voluit d.Ale.in conſi. ſuo 11. inc. circa prin.in 2.co.in 1.vol.vbi dixit, ꝙ dato ꝙ in crimine lęſę maieſtatis, vel ſymoniæ ſpecialiter ſit inductũ, qđ teſtes infames nõ repellãtur a teſtimonio, vel ab accuſatione. c.licet.il 1.& c.ꝑ tuas.de ſymo.l.famoſi. & l.2. ff.ad legẽ Iul.maie.& not.gl.in l.3.§.lex.Iulia.ff.de teſti.tñ nõ dicũtur integri teſtes, vt in d.c.ꝑ tuas.&iõ nõ ſufficeret vnus
6 talis teſtis ad torturã inferendam in illum, † cõtra quem teſtificatur, ꝑ ea q̃ habentur in d. §. item lex corne.& in præalleg. cũ vtrobique not. ꝑ Bar. ita dicit Ale.in dicto conſi. 11. quod eſt ſingu. verbum. de quo etiam dixi in conſi.d.meo 101. incip. Illumina quæſo me ſeruum tuũ domine &c. vbi lateꝭ ſatis locutus ſum in materia iſta in occurrenti caſu. vide tamen omnino quæ ego dixi infra, in hoc §.num.177. Scias etiam quod licet vnus teſtis de viſu quando eſt omni exceptione maior faciat indicium ad torturam, vt dixi: *iſtud* eſt verum quando deponit de ipſo maleficio immediato & propinquo: ſed ſecus eſt quando deponit ſuper remotis a maleficio, &

& ſuper mediatis ipſi maleficio. nam ſuper remotis à ma
7 leficio requiruntur † duo teſtes ad faciendum indicium
ad torturam: & in talibus vnus teſtis nõ facit indicium.
ita ſing. dixit glo. in l. ſi. C. fam. herciſc. quam ibi ſumme
not. Bart. & docto. ibi. & in l. ſi. ff. de quæſtio. & idem vo-
luit Bart. in l. admonendi. ff. de iureiur. & Inno. & Cy in
l. 4. C. ad l. Iul. maieſt. & voluit Bal. in l. 2. in 1. col. C. quo
rum appel. non reci. & in l. ſi quis ex argentariis. in §. qđ
ſi plures. ff. de eden. de quo latiſſime dixi in l. 1. in §. idem
Cornelio. & ibi in §. præterea. in 8. col. in verſ. præterea
contra dictum &c. & in l. de minore. in §. plurium. in 8.
col. in verſ. quod autem & in l. vnius facinoris. in §. te-
ſtes torquendi. in 1. col. ff. de quæſtio. Et in hac materia
teneas menti perpetuo notabile. verbum Soci. in conſi.
ſuo 54. incip, viſis teſtibus. in 3. col. in 3. vol. vbi dicit, qđ
licet quando teſtis deponit de veritate facti debeat eſſe
8 omni exceptione maior: † tamen quando requiruntur
duo teſtes ad probandum indicium remotum à malefi-
cio, non requiritur ꝙ ſint omni exceptione maiores, &
tali caſu admittũtur etiam infames, ad quod allegat Bal.
in l. cunctos populos. C. de ſum. trinita. & fide catho. &
Bart. in l. 1. in §. quæſtioni. ff. de quæſtio. & in l. ſi. ff. de ex
cuſa. tut. quod eſt multũ no. in practica. Item ſcias etiam
circa prædicta, quod ſi eſſent plures teſtes, qui depone-
rent ſingulariter ſuper diuerſis, tamen tales teſtes non
iungerentur ſimul ad faciendum indicium perfectũ &
ſufficiens: ratio eſt, quia nunquam iunguntur ſimul plu-
9 res ſpecies probationum † ad probandum, niſi quando
vnaquæque ſpecies de per ſe in eſſe ſuo eſt perfecta, ſecũ
dum Bal. in l. ſi qs ex argẽtariis. poſt priñ. ff. de eden. quẽ
refert & ſequitur d. Alex. in conſi. ſuo 355. inci. ſentio in
dubium reuocari. in 2. col. vbi ſubdit quod ſi fama eſt
plene probata, poteſt iũgi cum alia ſpecie probationis:
vt puta cum vno teſte deponente de veritate facti, qui fa
cit ſemiplenam probationem. ſed vbi fama non eſſet ple
ne probata, non poſſet iungi cum alia ſpecie probatio-
nis, & dicit Bal. ita intelligere glo. in l. 2. in verſi. legiti-
mis.



mis. ff. de excu. tut. per l. 1. C. qui nume. tutel. & ex hoc di
cit d. Alex. in d. cõſi. quod ſi eſſet vnus teſtis de fama, &
vnus de veritate, & vnus de alio indicio, iſti tales non cõ
iungerẽtur: qa indiciũ debet probari per duos teſtes, vt
habetur per gloſſ. in l. fina. C. fami. herciſ. & idem tenet
d. Ant. in c. licet ex quadam. de teſti. vbi dicit, ꝙ teſtes ſin
10 gulares deponentes de duabus confeſſionibus: † vnus
de vna, & alius de alia, non debent ſimul iungi, quod di-
ctum refert & approbat d. Alexan. in conſi. ſuo 292. inc.
viſo proceſſu. in 3. col. vbi dicit quod idem videtur velle,
licet non tam clare Abb. in c. cum cauſam. in 4. col. & ibi
d. Felyn. in pen. & vlti. col. de proba. vbi dicit ꝙ teſtes ſin
gulares non debent iungi ad faciẽdam plenam probatio
nem. & dicit ꝙ illud eſt etiam de mente Cyn. in l. 1. C.
quæ ſit long. conſue. circa pen. col. De quo articulo an &
quando probationes diuerſi generis iungantur ad faciẽ
dam plenam probationem, uide etiam ultra prædicta la
tius per me dicta in l. de minore. in §. plurium. in 17. col.
in verſ. & bene aduertas. ff. de quæſtio. & in l. vnius faci-
noris in §. teſtes torquendi. eod. titu. & vide Iaſ. in repet.
l. admonendi. in 97. & 98. colũ. de iureiuran. Et teneas ta
men mente ſingularia uerba do. Alex. in conſil. ſuo 77.
incip. in cauſa accuſationis &c. ad fi. in 1. vol. vbi dixit, ꝙ
illud ꝙ dicitur, ꝙ teſtes ſingulares non probant, intelli-
gitur quo ad plenam probationem: ſed quo ad indiciũ
vna præſumptio iuuat aliam, ut patet ſecundum eum ex
notatis p Barto. in l. fin. ff. de quæſtio. & per Ioan. Andr.
in addit. Spec. in tit. de præſump. in §. ſpecies. verſ. violen
ta. vbi tractat an ad torturam requirãtur plura indicia,
an ſufficiat unum. & dicunt quod etiam quando ſunt
11 duo † indicia à remotis, unum iuuat aliud. & plus dicit
Ioan. And. ſecundum eum, ꝙ in practica ſeruatur, ꝙ pro
vno indicio proceditur ad torturam, de quo latius infra
in hoc §. nu. 77. Item circa hanc materiam indiciorum
12 ſcias, ꝙ licet ex pluribus indiciis fiat vera probatio, † ſe
cundum glo. no. in l. 2. in verbo, legitimis. ff. de excuſa.
tut. quam ad hoc alleg. Iacob. But. in addit. ad tracta.
Alb.

Alb.Gand.ſuper maleficiis.ſub rub.de præſump. & indiciis indubitatis.in 3.col.circa med. & illam dixit ſingul. Io.de Ana.in conſ. ſuo 49.inci. dubiũ de quo & Bald. in rub.extra de prob.in 2.char.& in c.accedens il 2.in fi.ut lit.non conteſt.& Barb.in rub. extra de prob.in 2.char. & in conſi.ſuo incip. ſcribitur primo Reg. in quib. locis ipſe Barba.adducit ẽt alias gl.& aliquos tex.idem dicentes ꝙ d. gl.quam etiam refert & ſequitur do. Alexan.in conſ.365.incip.requiſitus in cauſa &c.ubi dicit,ꝙ idem uoluit gl.in l.3.§.eiuſdem.ff. de teſt. quam etiam ad hoc propoſitum allegauit Lud.Ro. in l.1.§. hoc reſcriptum. in pen.col.ff.ad ſylla.& in conſ.ſuo 7.incip.uiſis neceſſariis.in 1.col.& Pau.de Caſtr. in conſ. ſuo 291.incip.uiſo puncto.in pen.col. & illam gl. etiam referunt & ſequuntur plures & plures doct.quos retuli,accuratius in repe. mea rub.C.de prob.in 62.col.in uerſ.ultra prædicta &c. ubi nedum late,ſed etiam latiſſime locutus ſum de prædicta gl.& in repetit.mea.l.fi. in 75. char. C. de probat. de qua gl.habetur etiam per Iaſon.in repet.l. admonendi.in 96.& 97.col.ff.de iureiuran. Attamen prædicta gl. & alia iura uolentia,ꝙ ex pluribus indiciis fiat uera pro-
13 batio:habent locum † ſolum in ciuilibus tantum, ſecus autem in criminalibus,per tex.in l.fi.C.de prob.ita dicit gl.not.in c.ueniens.il 1.extra de teſti.& uolunt docto.in locis ſuperius allegat.& doctor. alii quos ego adduxi in d.repet.mea.rub.C.de probat.in 62.colum. Pro quibus faciunt dicta per dom.Alex.in conſ ſuo 158.inci.in cauſa & lite.in ult.col.in 5.uol. Item etiam ſcias ꝙ prædictæ
14 glo. & iura non habet locum in teſtibus † ſingularibus: quia etiam ex pluribus teſtibus ſingularibus non reſultat uera probatio, quod tamen ſecus eſt in aliis probationib.quæ inuicẽ ſunt cõmiſſibiles, ut unus teſtis de ueritate & duo de fama:nã iſti teſtes faciũt integram probationem.ita dixit Nico.de Neap.in d.l.2.ff.de execu.tu to.ubi dixit ꝙ illud,quod ibi uoluit glo.in pluribus præſumptionibus non habet locum in pluribus teſtib. ſingularibus:ſed in aliis præſumptionibus inſimul commiſ-

ſibilibus,



ſibilibus,ut dixi.quod etiã firmat do.Anto. in c.licet ex quadã de teſti.& Abb.in c.cum cauſam.de proba. & do. Alex.in conſ. ſuo 355.incip. ſentio in dubium reuocari. Et ratio quare ex pluribus teſtibus ſingularibus non re-
15 ſultat uera probatio eſt: quia tñ probant † mille teſtes ſingulares,quantum unus,ita dixit Bal.in l.iuriſiurandi. C.de teſti.& in c.tã literis,extra de teſti.& in addi.Spec. in tit.de teſte.in 4.col.uerſ.ẽt mille. & Iaſ.in rep.l.admonendi.in 95.colum.ff.de iureiur. & Alex.in conſ.73.inc. non puto.in 4.col.in 1.uol.Pro quo facit, nã mille ſcri-
16 pturæ priuatæ † nõ faciunt plenã fidẽ, ſm Soc. in conſ. ſuo 41.inc.antequam.in 5.col.in 1.uol. quod ẽt firmauit Bal.in rub.de controuer.inueſti.in 1. col. Vide tñ Alex. in conſ.77.inc.in cauſa accuſationis.in ultimis uerbis.in 1.uol.Eſt tñ uerũ ꝙ teſtes ſingulares poſſent eſſe ita nobiles,ꝙ iudici adducerent credulitatem,& indubitatam
17 fidem, & tunc † iudex non deberet curare de illa ſingularitate, ſed ſecundnm eos deberet iudicare ita ſingul. & mirabiliter dixit Pau.de Caſt.in l admonendi.ff.de iureiur.& l.Lucius.ff.de his qui not.infa.in ſuis recollectis Florentinis.Et iſtud dictum pro valde ſingu. refert & ſequitur do.Io.Bapt.de ſancto Seuerino.in repet.l.admonendi.in 7.char.in 2. col. de iureiur. & do. Fran. Bru.in ſuo tracta.de indi.& tor.in 1.char.in 3. co. circa prin.de quo latius dixi in ſing.meo 114.incipi. vulgatum & tritum eſt &c.vbi videas.Et de materia d.gl.l.2.ff.de excuſ. tut.vide plura,quæ ego dixi in repet.mea rub. C.de proba.in 62.col.& in col.ibi ſeq.vbi late locutus ſum.

Modo vltra pmiſſa poſtquã ſumus in materia indiciorũ plura ſunt videnda,q̃ ſunt neceſſaria &vtilia,ac multũ
18 practicabilia.Et primo ſcias,ꝙ fama † de per ſe ſola nõ facit indicium ad torturã,ſecundum Io.And.in add.Specu.in ti de proba.in §.videndũ.in verſ.13.iuxta fin.illius addi.& Bal.in l.milites.C.de quæſt.Cy.in l. fi. C.eo.do. An.i c.veniẽs.il.1.in 4.co.de teſtib.Ang.de Are.in tract. malefi.in verſ.fama publica.in verſ.& an fama.Bal.in addi.Spe.in ti.de ſenten.in vlt.col.& Alc.in conſi.ſuo 5.in-

cip.

ci.in cauſa inquiſitionis.in 2.colum.in 1.vol.& Iaſ.in re
pe. l. admonendi in 90. colum. in princ.de iureiuran.de
quo late dixi in l.de minore in §.plurium.in 5.colum.in
uer.nota ulterius &c.ff.de quæſtio. Et ratio quare fama
non facit indicium,poteſt eſſe, quia fama eſt res fragilis
& perniciosa,tranſmiſſa ab his, qui deſiderant ad hoc fa
mam eſſe:ita dixit Barto.in tract.de tortura. quē refert
& ſequitur do.Paris de Puteo. in trac. ſynd. in 100.car.
in 3.col. Illud autem ꝙ fama non faciat indiciũ ad tor-
19 turam non habet locum † in uehementi fama:nam ve-
hemens fama eſt ſufficiens indicium ad torturam.ita ſin
gula. dixit Barto. in conſi.ſuo 191.incip. domi. Paci de
Burgo ſancti ſepulchri legũ doctori &c. quem refert &
ſequitur Bald.in conſi.ſuo 131.incip.viſis dictis artic.in
2.colu.2.volum.& voluit etiam d. Alex.in l.fina.in 3.ad-
di.ff.de quæſt.& Bald.in cap.1.in §.iniuria. in 6. colum.
de pace iuramen.firman.verſi.ſed nunquid ex tali cōfeſ-
ſione.& do.Feli.in ca.veniens.in 5.col.de teſtib.Pro quo
20 faciunt nam iſta vehementia † ſunt magni effectus. Et
ideo dixit Bald. in conſ. ſuo incip. quidam Petrucius de
Viterbio &c.quem refert & ſequitur Soc.in cōſ.ſuo 89.
incip.in cauſa agitata &c.in 6.colum. in 1. vol. ꝙ vehe-
mēs adminiculum ſupplet ſemiplenam probationem.
& Soci.in d.conſi.adducit etiam Bald.in l. ea quidem.in
2.colum.C.de accuſ.vbi dixit,ꝙ vehemens adminiculũ
eſt ſuppletio defectus probationis,de quo latius per So-
ci.vbi ſupra.Item vehemens opinio habetur pro ſcien-
tia & pro certitudine,vt late habetur per d.Felin.in c.1.
in 1.col.de ſum.trinita. & per me in l. patre vel marito.
in 12.colum.ff.de quæſt.& in l.de minore. in §.plurium.
in 6.col.ff.de quæſtio.in verſi.hanc tamē concluſionem.
eo.tit.& in ſing.meo 205.incip.vehemens opi. & in alio
meo ſingu.97.incip.fama ſola &c. & in repeti. mea rub.
C.de probatio.in 47.col.& in repetit.mea.l.fi. C.de pro
bat.in 80.char.Et vltra prædicta teneas perpetuo men-
21 ti vnum videlicet,ꝙ indicia multum vrgentia † faciunt
plenam probationem,ita multum not.dixit Abb.in cō-
ſil.



ſil.ſuo 113.incip.in tria ſunt &c.in 2.co.in prin.in 2.
vol.qđ eſt ſingulare verbũ,qđ alibi nō memini me vi
diſſe.Contra hoc dictũ tñ facit nō parũ,ꝙ voluit Ioã.
de Ana.in conſi.ſuo 59. inci. viſa inqſitione.in 2.col.
poſt prin.vbi dixit ꝙ pſumptiones probabiles & ve-
hemētes nō operātur, ꝙ ex ipſis ĩ cauſa criminali poſ
ſit reus cōdēnari,ad qđ allegat plura iura,de qbus ibi
per eũ.Pro quo facit ēt: nam violenta præſumptio,q
ſit in ciuilibus,habet vim plene probationis in crimi
22 nalibus † nō ſufficit ad cōdemnãdũ, ſm doct.in c.qa
veriſimile,& in c.afferte.de pſumptio.& Bal. in l.ſi.in
vl.co.C.de ꝓbatio.& do.An.& Abb. in d.c.afferte.&
Lu.Ro.in l.1.in §.ſi qs in villa. ff. ad ſylla.Ale.in cōſi.
19.incip . viſo proceſſu in 5.col.in 1.vol.& latius per
Iaſo.alios referētē in l.1.in 6.co.ver. Primo ex regu.
C.de ſeruis fugi.vide tñ Ioã.de Ana.in c.tua nos.§.ſi.
ĩ 2.co.ver.nota ꝙ ex iſtis &c. extra de homicidio.Plu
ra ēt alia ĩ hac materia indiciorũ habes notare. Vnũ
eſt ꝙ arbitrio iudicis relinqtur an ĩdicia exiſtētia cō
23 tra reũ ſint ſufficiētia ad torturã † ita dixit Bar. ĩ l.ſi.
ff.de q.Bal.in l.2.in 1.co.C.quorũ.app.nō re.Io.And.
in c.cũ in contēplatione.de reg.iur.Ale. conſ.77.inc.
in cauſa accuſationis.in 3.col.in 1. vol. & ibi in conſ.
65.inc.habita ſup contētis. in ſi.Et licet hoc ſit verũ,
ꝙ an ĩdicia ſint ſufficiētia ad torturã necne,relinqua-
24 tur arbitrio iudicis:tñ tale eius arbitriũ † debet eſſe
iuri & æquitati conſonũ, alias nō valet,ita not.dixit
Lu.Rom.in conſ.ſuo 376.inc.queſtio eſt:nũquid &c.
in pe.col.vbi pro hoc allegat glo.in l. eas cauſas.ff.de
condi.& demonſtr.& hoc ēt voluit Bal.in diſput.ſua.
inc. ſtatuto cauetur ꝙ fœnerator &c. in vlti. col.arg.
l.codicillis.§. fin. ff. de lega. 2. & idem etiam dixit d.
Alex.in conſi.ſuo 21.incip.viſis verbis. in pen.col.in
fin. vbi alleg. Bald. in d. ſua diſputa. & plura alia, de
quibus ibi per eum:pro quibus facit etiam tex.in l.1.
in prin.ff.de vſur.in verſi.ita tamen,vt legem non of-
fendat,&c.Et facit etiam: nam qui habet poteſtatem

25 diſponendi ſecundũ conſcientiã, † non debet ſequi
propriã cõſcientiã, ſed publicã. tex. eſt iuncta gl. in c.
iudicet. 3. q. 7. in ver. volũtatis, & voluit Cyn. in l. qſ-
quis. C. ad leg. Iul. maie. & Bal. in l. 1. C. qui accuſa. nõ
poſ. Et iõ dixit Bal. in l. fi. C. de pęna iudi. ꝗ male iudi.
iudicẽ debere ſeq̃ regulas legũ, & nõ conſcientiã ſuã,
26 † q̃ legibus aduerſatur. de quo ẽt ꝑ Bal. in l. 2. in 4. no
ta. C. de fideicõmiſ. & ꝑ Lu. Ro. in rep. rubr. ff. de arbi.
in 2. col. ad fi. & vide tex. ĩ l. 1. ff. de ſol. & tex. & ibi Bal.
in l. certi iuris. in fi. C. de iud. & Iaſ. in §. ſed iſtę in pe. &
vl. co. inſtit. de actio. & vide gl. & do. Ant. ĩ c. vt debit⁹.
in ver. rõnabili cauſa de appel. vbi dicit, ꝙ in arbitra-
27 riis iudex † dẽt facere ſuũ arbitriũ cũ conſ. peritorũ.
alleg. q̃ habẽtur in c. ne innitaris. de cõſti. Et ſubdit ẽt
ibi d. An. ꝑ illã gl. ꝙ ſi cõmittitur aliq̃d iudici expediẽ
dũ ſecundũ ꝙ ſibi videtur, intelligitur tñ habito cõſi
lio peritorum. quod ẽt voluit d. An. in c. 1. in 8. col. de
cõſtit. quẽ ſeq̃tur Cardi. Alex. in d. c. vt debitus. in 11.
col. ad quẽ ẽt vide Soci. in conſ. 92. inc. circa primum.
in verſ. Secũdo reſponde. & in conſ. 120. inc. cũ in præ
ſenti. in 8. col. & Ludo. Bolo. in cõſi. 47. incip. viſis igi-
tur & diligenter conſideratis in pen. col. & Matth. in
no. ſuo 14. inc. nota. ꝙ ubi iudex, & gl. in clemẽti. ſępe.
in uerbo, defenſionis. de uerb. ſignifi. & Io. And. in c. 1.
de cõſti. quẽ refert & ſeq̃tur d. Feli. in c. quoniã frequẽ
ter. in §. porro. in 2. co. ut ꝓit. nõ cõteſt. ubi dicit ꝙ ĩ his
28 q̃ ſunt commiſſa arbitrio iudicis, † iudex dẽt ſeruare
æquitatẽ. Itẽ de iſto arbitrio uide do. Pari. de puteo in
tract. ſuo ſyndica. in 19. char. in 3. co. cũ tribus col. ibi
ſeq. & Pau. de Caſt. in l. ſi filiusfa. donare. ff. de donat.
& uide oĩno d. Catal. in tract. ſuo ſyn. in uer. 139. inc.
adde ꝙ ſi datᷣ arbitriũ poteſtati. & q̃ ego dixi in repet.
mea l. fi. C. de ꝓb. in 73. cha. & in l. q̃onis modũ. in 4.
& 5. col. ff. de qõ. & in repe. mea rub. C. de ꝓbat. in l.
col. & ſupra, in hac practica ĩ § conſtãte. Et ad dicta ſu
perius proxime adde Bal. in l. cũ circa. C. de iure do.
ubi dixit, ꝙ indiciũ, qđ mouet iudicis aĩum aliqualter
est



eſt ſufficiens, a iure ſi ſit approbatum, ꝙ dictum refert
& ſeq. Bertachi. in repet. ſua, in uerbo. indiciũ. in 2. col.
ad qđ uide. Bal. in conſ. 276. inc tex. in quo &c. in 1. col.
ante fi. in uol. 1. Item ſcias ẽt circa hãc materiã indicio-
29 rũ ꝙ indicia † debent eſſe perfecta in genere ſuo, alias
nõ operãtur uires indiciorũ. ita no. dixit Bal. in cõſ. ſuo
229. inc. uerba inquiſitionis. in 2. co. in 3. uol. Nam ſicut
probationes in criminalibus ad condẽnãdũ debẽt eſſe
luce meridiana clariores, ut in l. fi. C. de ꝓbat. & in l. adi
ctos. C. de app. & in l. abſentẽ. ff. de pęnis. c. pitaciũ. 20. q.
3. ita & indicia ĩ genere ſuo ad torturã debẽt eſſe clara,
30 & talia † q̃ de iure ſubſiſtãt. Pro quo facit regula illa ui
delicet, ꝙ eadẽ eſt rõ de toto quo ad totũ: q̃ eſt de parte
quo ad partẽ, & ecõtra l. quæ de tota. ff. de rei uen. cũ ſi.
de quo ego ẽt dixi in conſ. meo 20. inci. digneris quæſo
clemẽtiſſime deus oĩpotens &c. in prin. Et iõ ex hoc di-
cebã, ꝙ ſicut in criminalibus ad plenã probationẽ faciẽ
31 dam † teſtes debẽt reddere rõnem dicti ſui, ẽt nõ inter
rogati, ẜm Sal. in l. fi. C. de ꝓb. quẽ refert & ſequitᷣ Ale.
in cõſ. ſuo 15. inc. uiſo proceſſu inq̃ſitionis formatę. ĩ 8.
co. in 1. uol. & uoluit Iaſ. in repe. l. admo. ĩ 101. col. de iu
reiu. & do. Phili. Dec. in cõſ. 37. ĩci. in cauſa. in 3. co. Ita
ẽt ad faciendũ indiciũ ad torturã debẽt reddere rõnem
dicti ſui ẽt nõ interrogati, qđ eſt diligẽter notandũ. Pro
quo faciũt not. verba Lud. Ro. in repe. rub. ff. de arb. in
10. col. in prin. in verſ. ſcias tñ &c. vbi dixit, ꝙ licet vnus
teſtis deponẽdo faciat ſemiplenã probationẽ, vt in l. ad
monẽdi. ff. de iureiur. cũ ſi. iſtud eſt verũ, ſi talis teſtis de
32 ponit † cũ cauſa: ſecus aũt ſi deponit ſine cauſa, qđ dicit
voluiſſe Bal. in c. 1. in §. cũ aũt. de cõtro. inueſt. de quo ẽt
dixi in l. 1. in §. ꝑterea. in 17. col. ff. de qõ. Contrarium ta
men tenet d. Phili. Dec. in conſ. ſuo inc. in cauſa inquiſi
tionis. poſt princi. Sed dictũ ſuum non obſtat: q̃a iura ꝑ
eũ allegata loquuntur in ciuilibus, non aũt in criminali
bus, ergo nõ obſtãt. Et adde ẽt Bald. in hac materia in
conſ. ſuo 275. inci. ad euidentiam. in 1. col. in 1. vol. vbi
dicit, ꝙ qñ iudex procedit per inquiſitionem cõtra ali-

 quem

quem,debet interrogare teſtē de cauſa & ſcientia,alia
dictum teſtis non probat : nam cū in ſe aſſumat officiū
inquirendi, debet formare ipſe interrogatoria ex ſeipſo
ita dicit Bal.in d.conſi.Item teneas etiā menti aliud vti
le in materia iſta indiciorū,uidelicet, ꝙ locus cōmuni-
33 ter accidentibus † facit indicium indubitatum ad tor-
turam.ita not. dixit Bal in add.Specu. in titu.de ſenten
in antep. col:in ver.ad mortem.& ī l.ſi.circa ſi.ff.de her.
inſti.ꝓ quo faciūt quæ dixi in ſing.meo prīo.Et facit ēt:
34 nā ualidū† eſt argumētū à ſolitis.l.illud.& ibi Bar.ff. de
excuſa.tuto.l.2.ff.de ſpō.l.cū de in rem verſo.ff.de uſur.
l.uel vniuerſorum.ff.de pigno.actio.Et ex hoc dixit ſin
gulare verbū Bal.uidelicet,ꝙ ſi aliqui fratres ſtant in cō
munione,& maior natu communia recipit & diſtribuit
35 †& minor natu accipit vxorem,& ſe obligat ad reſtitu-
tionem dotis,qđ talis reſtitutio dotis debet fieri de cō-
muni patrimonio, quia ſicut cæteri redditus peruene-
rūt ad manus maioris fratris,ita & illa dos peruenisse cēſe
tur.ita ſing.dixit Bal.in cōſi.ſuo 120.inci. duo fratres :
unus maior &c.quē refert & ſequit̄ Soci.in cōſi.ſuo 46.
inci.cū in pſenti.in antepe.col.qđ eſt ſumme not.Scias
36 ēt in hac materia indiciorum,ꝙ iactationes† nō faciūt
indiciū ad torturam, qa ſæpeminus faciūt homines qui
magna minātur.ita dixit Bal.in conſi.ſuo 275. incip.ad
euidētiam.in prin.in 1.vol.& idē uoluit Ray.in l.ſi.ff.de
here.inſt.quem refert & ſequitur Ale.in conſi. ſuo 179.
inci.in cauſa angelorum in.2.col.circa mediū.Cōtrariū
tamē tenet d. Paris de pu. in tract.ſuo ſyndica.in 2.cha.
in 3.colum.ver.an ſi probetur.de quo etiā aliqđ p Spec.
in tit.de præſum.§.fin.in ult.col.&uide omnino q̄ ego di
xi in l.i.in.§.preterea.in.8.colū.uerſi.modo his uiſis &c.
cum uerſi.ſeq.ibi.ff.de quæſtio. Et ultra præmiſſa qa in
dicia uidentur eſſe fundamentum cauſæ criminalis :
iō de pluribus quærēdum eſt an in ipſis cauſis criminali
bus faciāt indiciū ad torturā,quæ oīa quotidie occurrūt
37 in facto. †Quæro igitur an mādatarius cōtra mādantē
faciat indiciū ad torturā.in buo Bal.ī cōſ.ſuo 97.inc.an





mandatarius &c. in 5.volu.tenet ꝙ faciat indiciū quo
ad inſtructionē,nō autem quo ad probationem.& hæc
ſi acceptauit mādatum,ſed ſi nō acceptauit facit indiciū
ad torturā . De quo ēt per Berth.in reper.ſuo in uerbo
mādatatius.in ult. col.in ulti.uerſicu.ubi ſubdit,ꝙ aſſaſ
ſino eius aſſertio facit indiciū ad torturā. alleg.l.nō iō
155 an † reus qui cõfeſſus eſt delictũ, poſſit ſine nouis ĩdicijs repeti in tormẽtis vt manifeſtet mãdantẽ? in quo dicas q ſic, ſecundũ Angel. in l. & ſi certus. ff. ad ſylla. & idẽ tenet Ang. de Aret. in ſuo tracta. malefi. in verbo, Sẽpronių mandatorem. in 2. colũ. in verſi. & bene nota. & illud dictũ Angel. in d. l. & ſi certus. refert & ſequitur domi. Philip. Decius in conſi. ſuo 189. incip. Lætatus ſum in 6. colum. Et vide Angel. de Aret. in dicto tracta. malæfi. in verbo, fama publica. in 14. charta. in verſicu. quæro aliquis. vbi dicit, q confeſſus delictum poteſt poni in carcere ſolummodo propter hoc, vt manifeſtet mãdantẽ, & de materia vide Bald. in marga. ſua in verbo, Cõfeſſio. in 2. verſi. & do. Flor. in l. ait lex. in §. Iulianus. el 2. ff. ad leg. Aquil. & domi. Lud. Bologninum in conſi. ſuo 8. in 4. colum. in prin. i. de quo etiam ego dixi in l. repeti. in 8. colum. ff. de quæſtio. Et in hac materia adde Bald. i l. nõ ideo



156 ideo minus. in 1. colum. C. de accuſ. vbi dicit, q † aſſaſinus ſine aliis indiciis poteſt torqueri vt indicet mãdantẽ. & idem voluit Alexan. poſt Bart. ĩ dicta l. repeti. quæ omnia ſunt multũ not. quia quãdoque accipiũt ĩ facto, & ego hic, & alibi vidi hunc caſũ in facto. Viſis ſupradictis, ſe-
157 quitur alia not. dubitatio, quæ eſt talis vꝫ, † an ĩ enormi crimine requirãtur ſolẽnia indicia, & aliæ ſolẽnitates quæ requirũtur in aliis criminibus? ĩ quo primo aſpectu videtur dicendum quod nõ, nã enormitas delicti operatur, vt iudex poſſit trãſgredi iura, & regulas iuris communis & ſtatutorũ. Quod patet plurib. modis. Et primo ĩ ta-
158 li enormi delicto † poſſũt recipi teſtes lite nõ cõteſtata & parte nõ citata, & ſic cõtra illum titulum, vt lite non conte. & cõtra regulam l. de vnoquoque. cũ vulg. ff. de re iud. ita dixit Archi. in cap. 1. de homi. in 6. qui dicit quod ĩ caſu illius capituli poſſũt recipi teſtes lite nõ cõteſta. & parte nõ citata. quod dictũ ſequitur ibi Gemini. ĩ. §. fin. & eos refert & ſequitur domi. Fely. in c. quoniã frequenter in prin. in pen. col. vt lite nõ conte. Itẽ ꝓ hac parte
159 facit regula illa videlicet, † q propter enormitatẽ delicti, licitum eſt iura trãſgredi, ſecundũ Innocen. & alios. in cap. 1. de cõſti. & voluit Bald. in l. quid ergo. in §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infa. ĩ 4. colum. & ĩ cap. 1. in 6. colum. qui feu. dare poſ. & in l. & ſi ſeuerior. in 2. colum. C. ex quibus cauſis infa. irro. & idem Bal. in l. 1. in 5. col. C. qui accuſa. nõ poſ. & in l. obſeruare. in §. proficiſci. in 6. colũ. de officio proconſul. & in l. 1. in pri. C. de præci. impe. offe. & in c. 1. §. iniuria. in pri. de pace iura. fir. & ĩ authen. ſed nouo iure. ĩ 1. col. C. de ſer. fugi. & ĩ c. urgẽtiũ. ĩ fi. de re iudi. & volũt alii plures iuriſlatores in aliis locis quos retuli ĩ l. fin. in repe. mea. C. de proba. in 73. & 74. char. & in l. 1. in prin. in 9. col. ff. de qõ. & in l. vnius. ĩ. §. cogniturũ. ĩ 14. col. eo. t it. Facit ẽt ad prædicta: nã cle-
160 ricus faciẽs † atrociſſimũ delictũ põt ſine degradatiõe puniri, ſm Io. An. ĩ c. cũ nõ ab homine. de iud. & Gemi. in c. fi. de homici. in 6. & Pet. de Anch. in conſi. 157. icip. ex
161 narratis in facto. in 5. col. Et facit etiã, † nã ſtatutũ cõcedens

dens abolitionem delinquẽtibus nõ cõprẽdẽdit deliquẽ
tes enormiſſimi criminis, ſecũdũ Ang. in diſputa. ſua ĩci.
extorta guerra. & Ludo. Roma. in l. ſi quis in graui. in. §.
hi quoque. ff. ad ſyllan. Itẽ facit etiã, nã licet regulariter
162 reus criminis nõ poſſit renũtiare † defẽſionib. ſuis dire
cte: vt dixi in l. 1. §. fi. in 19. colum. verſic. ſi autem loqui-
mur &c. ff. de qõ. & in l. vnius. in §. cogniturũ. in 12. co. eo.
tit. Tñ committẽs enorme delictũ põt renũtiare deſẽſio
nibus ſuis. ita dixit do. Fel. in c. cũ veniſſent. in 3. colũ. de
teſti. & Lud. Rom. in rub. de arb. in 14. col. & Bal. in l. pro
163 nuntiare. C. de ſer. Facit etiam, nam † committens e-
norme delictum nõ eſt ſecutus in aliquo loco, ſed poteſt
vbiq; capi. l. 1. C. de rap. uir. c. 1. de homi. in 6. in ver. a to
to populo chriſtiano defidatus &c. & in c. inter alia. de im
mu. eccle. c. Felicis. §. pe. de pœnis. in 6. l. 3. §. transfugas. in
164 ver. vbicunq;. ff. de ſica. Item facit nam † pro inſignib
furibus iudex non debet pati aliquẽ aduocare, ſm Ang.
de Are. in trac. mal. in uerbo, & veſtẽ cœleſtem abſtulit.
verſi. & bene nota &c. pro quo eſt text. in l. per oẽs. C. de
defen. ciui. ꝙ etiam voluit Lud. Roma. in repe. l. ſi vero
in. §. de viro. in 4. Fal. ff. ſol. ma. & Barb. in c. quærenti, in
165 10. col. de off. dele. Item ꝑpter enormitatẽ delicti, † po
teſt ꝑcedi contra reum ordine iuris nõ ſeruato, ſecũdũ
d. Pardi. de Puteo, ĩ tract. ſuo ſyndica. ĩ 51. char. ĩ 2. col. ĩ
fi. & ibi ſubdit ꝙ in crimine aſſaſinatus propter enormi
tatem delicti nõ requiritur plena probatio, ſed ſufficiũt
probabilia argumẽta, allegat iura de quibus ibi ꝑ eũ. Itẽ
166 facit nã ſi aſſaſinus ſit clericus, † põt puniri per iudi-
cem laicũ ſecundum Lappũ in d. c. 1. de homici. in 6. quẽ
refert & ſequitur d. Paris vbi ſupra. Et dixit Bald. ĩ c. cũ
quidã. in fi. de iureiur. quod licet magnates furcis non ſu
ſpẽdatur, tamen hoc fallit quãdo committũt ꝑditionẽ,
quod eſt enorme crimẽ qa tunc ſuſpendatur furcis. Et fa
167 cit etiã. nam propter enorme crimẽ † animal brutũ pu
nitur. c. mulier. 15. q. 1. dixit gloſſ. in l. 2. arbo. fur. cæ ſa. ꝙ
ꝑpter enormẽ delictũ quis põt ſuſpẽdi, et poſtea beſtiis
ſubiici: quam gloſſ. dixit ſing. Lud. Ro. in l. 2. circa fi. C. q





teſt. fac. poſ. Item propter enormẽ delictũ poteſt dãnari
168 † memoria defũcti. gl. in §. ꝑ contrariũ. inſti. de hære-
di. quæ ab iteſta. deſe. quã dixit ſingu. Ang. de Are. ĩ tra.
maleficio. in verbo, q iudex uidẽs. uer. & prędicta proce-
dũt &c. Io. de Imo. in l. defũcto. ff. de publi. iud. & in c. quo
niã frequenter. ut lit. non cõteſt. Item ꝑpter enorẽ de-
169 lictum † reus poteſt ſpadachiari & ita ſpadachiatus du
ci ad mortem, ſecũdũ Bald. in l. 1. in 4. col. C. ne ex delic.
def. ꝑ quo facit tex. in l. illuſtres. C. de modo mul. in uer
bo, grauiſſimũ. Item ꝑpter enormen delictũ põt proce-
di die feriato. l. ꝑuinciarũ. C. de feriis. & uoluit Ange. de
Are. in tracta. malefi. ĩ uerbo inchoata & facta. uerſi. qro
an uno die. de quo etiã do. Ant. in c. fina. & ibi etiã per
Abb. de iud. & in c. fi. de feriis. Et adduci põt etiã tex. ſin.
in l. ad beſtias. ff. de pœnis ubi ꝑpter eminẽtem utiliatẽ
quis liberatẽ à morte. de quo tex. aliqua dicit do. Fely. ĩ c.
illud extra de maio. & obed. Et poſſent alia plura in hac
materia adduci, quæ alias adduxi in l. unius. in §. cognitu
rum in 14. col. cũ ſeq. ff. de quæſtio. & in l. 1. in prin. in 11.
col. eo. tit. & ĩ repe. mea l. unicæ. C. de rap. uir. nu. c. cũ plu
ribus nu. ibi. ſequen. Et ſic ex prædictis uidetur dicendũ,
ꝙ quãdo ſumus ĩ enormi crimĩe, nõ requirãtur ſolẽnia
indicia, nec ſolẽnitates, quæ eſſẽt ſeruandæ ĩ aliis crim
nibus. Sed cõtrarium credo uerius ſcilicet. ꝙ etiam in
enormi, imo enormiſſimo crimine ſeruãdæ ſint ſolẽnita
tes omnes requiſitæ in aliis criminibꝰ. Et in hoc attẽde q
ſo. Nõ põt dici ꝙ in cauſa accuſationis, uel inquiſitionis
enormis criminis dicatur, ꝙ ſumꝰ in delicto enormi, cũ
nõ cõſtẽt ꝙ reus accuſatus uel inquiſitus cõmiſerit tale
delictũ: quia ſi hoc cõſtaret ulterius reus nõ accuſaretᷣ, in
qreretur, nec cõtra eum procederet de tali delicto, ſed
puniret ꝑ ipſo delicto pœna cõgruẽti. Sed in tali caſu de
neceſſitate debemꝰ dicere, ꝙ nõ ſumus in tali enormi de
licto ſed ſumus in putatione enormis delicti, ideo merito
170 non habet locum ſuperiꝰ adducta. † nã non ſequitᷣ, ta-
lis eſt accuſatus, uel ĩquiſitus de tali ẽormi crimine, ergo
eſt reus talis criminis uere. Ad q ego adduco text. no. ĩ l.

ſi.C.de accu.in uer.nõ ſtatim reꝰ exiſtimetur &c.Itē adduco tex.in l.furti.in princ.ff.de his qui no.infa.in uer. pēdēte iudicio nondum inter famoſos habetur &c.& facit tex.in l.1.& in l.nullam.C.ex q.cau.infa.irro.& facit ēt.nā nõ ſtatim quod quis accuſatur,reꝰ ē,ſed q̃ conuincitur,ita dixit text.in c.fina.in fi.15.q.ulti.& in c.nõne, 8.q.4.& in c.eorum 11.q.3.& in c.laudabilē.ut lit.pēdē. & hoc uoluit Specu.in titu.de aduo.in §.ſequitur. circa
171 prin.pro quibus ēt facit.nā† qs nõ dr̄ talis,donec nõ ē pronũciatus pro tali,ſecundũ Spec.in tit.de inſtru.edi.ĩ. §.reſtat.uer.quid ſi tabellio & ĩ uer.quid ſi cõfectũ.& So. in conſi.51.incip.præſtãtiſſime doct.&c. in 4.col.in prĩo uolu.& Pau.de Caſt.in conſil.32.ĩci.omiſſo ordine &c. in fin.& uerbis.& Pet.de Anch.in conſi.241.incip. per prædicta.circa fi.ubi dixit, quod omnis executio eſt ſu-
172 ſpēſa † cõtra excõmunicatũ,antequã ſit declaratũ ꝑ ſētētiam ipſum eſſe excõmunicatum:de qua materia latiꝰ ſum loquutus in rubri.extra de crimi.fal.Et facit ēt, nã
173 ſtatutũ† dans præmium accuſãti,intelligitur ſi ipſe accuſans probauerit contenta in accuſatione eſſe uera & non aliter.ita dixit glo.in c.1.ĩ uerſi.oſtēſum.de eis q̃ fiunt a ma.par.ca.& probatur in c.poſt electionē.& ĩ c.cũ ſuper.de conceſ.præben.& uoluit glo.in c.non eſt.ĩ uer. allegat.de conſuetu.in 6.&gl.in l.ſi cuius appellatio.ff.de appel.reci.ꝙ in l.2.in glo.fi.C.quod me.cau.& uoluit Alexan.in conſi.296. incip.diuini numinis.in 2.col. & in conſi.71.in 2.col.in 5.uolu. quod incip.uideretur in cõſultatione&c.de quo etiam dixi in l.qui falſum in 6.col. in princ.ff.de fal.Et facit ēt illud uulgatum uidelicet,qđ
174 † non ſufficit dicere,niſi illud quod dicitur probetur: ut dixit glo.in l.1.ff.ſi qua pau.fe.di.& gl.in l.2.de fer. & glo.in l.magis puto.in §.illud.ff.de re.eo.& glo.in l.ait ꝓtor.ff.ui bo.rap.& in l.1.ff.de incē.rui.nau. & glo.in cap. ſuper eo.extra de app.& in cle.1.de reſti.in integ.de quo etiam dixi in l.qui falſam.in 5. col.in uerſi.quinimo fortius.ff. de fal.Itē ꝓ hac parte ꝙ in crimine enormi debeant ſeruari ſolēnitates,quæ ſeruãtur in aliis criminibus,

facit



175 facit,† nam uidemus quod ēt in crimine læſæ maieſtatis,qđ eſt enormiſſimum crimen indicia debēt ꝓcedere torturã, ſicut in criminibus nõ enormibus text.& nota. & ibi glo.Cyn.Bald.& Sali.in l.ſi quis alicui.C.ad legem Iul.maieſt.quod ēt uoluit Ang.de Are.in tracta. ſuo maleſi.in uerbo,che hai tradito la toa patria.in primis uerbis.& d.Franciſ.Brun.in ſuo tracta.de indic.& tortu. in 9.chart.in 1.col.poſt me.de quo ēt latius dixi in l.pen.in 5.quæſt. in prin.ff.de quæſtio.& in repe.mea.l.fin.C. de proba.in 77.char.& dixi etiam ſupra in §.conſtante.numero 2.Et ſic ex iſtis omnibus ſatis patet per iura & rationes,ſuperius adductas, qđ in enormibus criminibus requirũtur indicia,ſolennia,& aliæ ſolēnitates,q̃ requirũtur in criminibus non enormibus.Et patet ēt,ꝙ illud qđ ſupra dixi,ꝙ ꝑꝑ enormitatē delicti, licitum eſt iura tranſgredi, habet locum in puniendo,quãdo conſtat reũ eſſe uerũ delinquentem ſecus autē in procedēdo:quia in proceſſu nõdũ uere ſcitur,an accuſatus uel inquiſitus ſit uerus delinquēs necne. Tenemēti,quia nõ mētior,hæc cõſideratio mea noua fecit alias mihi magnũ honorē in ciuitate Mediolani corã Capitaneo Iuſtitiæ in quadam cã monetæ,in qua oretenus allegaui,& poſtea in ſcriptis cõſului, ut uoti cõpotē facerē illũ Capitaneũ Iuſtitię,& eius uicarium,corã quibus agitabatur illa cauſa.Et circa illud quod dixi ꝙ ꝓpter enormitatem delicti licitũ eſt
176 iura trãſgredi,incidēter teneas menti, † ꝙ illud habet locũ ſolũ in maioribus magiſtratibus:ſed ſecus eſt in minoribus,ut ſunt Poteſtates,& Iudices terrarum,qui iurauerunt ſeruare ſtatuta: nam tales non poſſunt leges, ſtatuta,nec cõſuetudines trãſgredi.ita dixit Bal.in auth. hodie.C.de iudi.quē refert & ſeq.Iaſ.in §.ex maleficiis.ĩ 2.col.inſti.de actio.ubi ꝓ hoc dicto alleg.Lud.Ro.in l.ſi uero.in §.de uiro.in 46. fal.ff.ſolut.mat.ubi dixit,ꝙ ꝑꝑ enormitatē delicti, nõ licet magiſtratui leges trãſgredi: ſed ꝙ imo tũc dēt conſuli ſuperior,pro quo alleg. text. quē dicit unicũ ĩ iure in l.diuus.la 2.ff.de fal.Et dicit Iaſ. ubi ſ. ꝙ iſtud dictum Ludo.Roma.alibi non reperitur,

licet

licet videatur ſibi, ꝙ ille tex.hoc nõ ꝓbet certe imo ille tex.optime probat illud. ſed & illud qđ dixit Bal.in d.authẽ.hodie.dixit ẽt ipſe in auth.ſed nouo iure.circa 2.col. C.de ſer.fugitiui.De quo ẽt dixi in ſing.meo 243. inc.tu ſcis & illud &c.tene menti prędicta:qa in hoc multi iudices errant credentes ſibi licere trãſgredi leges, ſtatuta,&
177 conſuetudines &c.Quæro modo vlterius,† an vnũ indicium tantũ ſufficiat ad torturam inferendam,an vero requirantur plura: in quo Bart. in l.maritus.de q̃ſtio.dicit videri ꝙ plura indicia requirantur: quia leges de hoc loquentes,loqui videntur in plurali numero,vt in l.1.circa princ.ff.de q̃ſtio.ibi,aliis argumentis.& in l.vnius.§.1.eo.titu.& in d.l.milites.eo.tit.& facit l.ſicut.C.de Fal.Sed ꝙ ſufficiat vnũ indiciũ facit gl.in d.l.maritus.quæ loq̃tur in ſingulari dũ dicit,ſed præcedẽte ſuſpitione &c.& facit gl. in l.ſi qs.C.ad leg.Iul.maie.Poſtea dicit Bar.ꝙ hoc an ſufficiat vnũ indicium,vel requirantur plura ad hoc vt quis poſſit poni ad torturã,hoc relinqtur arbitrio iudicis. ar. l.3.§.eiſdẽ quoq;.ff.de teſtib. nã ſecũdum eũ poſſunt eſſe quædã indicia generalia & remota, quæ nõ ſufficerent ſine aliis indiciis:& ponit exẽplum:ſi probatur quod homo eſt malæ cõditionis.nã hoc eſt indiciũ qualequale:vt in l.de minore.§.pen.ff.de quæſt.& dicit ipſe Barto.ſe putare qđ tale indicium nõ ſufficiat ad torturam ſine aliis indiciis:ſed ſi eſſet tale indiciũ vnitũ cum alio indicio,vt puta,qa eſt homo malæ cõditionis,& cõuerſabatur in domo illa,vbi factũ fuit tale maleficiũ: tũc iſta duo generãt ſuſpitionẽ: vt habetur in l.domini horreorũ.ff.loca.ſed ſi eſſet vnũ indiciũ non remotum,ſed propinquum tangens negotiũ,de quo q̃ritur,vt puta, vnus bonus teſtis de viſu: vel confeſſio extra iudiciũ, vel eſt res reperta apud eum: tunc dicit Bart.quod tale indiciũ ſolum erit ſufficiens ad torturã.& ita dicit ſe intelligere glo. in dicta l.maritus.& in dicta l.ſi qs. C. ad leg. Iul. maieſta. ita reſidet Bartol. circa hoc dubiũ in d. l. maritus. Sed tu vltra Bartol.vide de hoc articulo domi. Pari. de Puteo in tract.ſuo ſynd.in 103. charta in vlti. col. vbi inter cætera adducit Azo.in ſumma



ſumma de quæſtio.dicentẽ,quod licet dicatur, qđ vnus teſtis inducit præſumptionẽ ꝑ l.Theopompus. ff.de dote prælega.tñ ſi talis teſtis eſt de veritate, ſufficit ad torturam,& iura loquentia,ꝙ requiratur pluralitas indiciorũ ad ponendum aliquem ad torturã,non habẽt locũ,quando extat vnus teſtis de veritate delicti.Item ſubdit d.Paris vbi ſupra,quod tñ in hoc,an vnum indicium, vel plura indicia requirantur ad hoc vt reus poſſit poni ad torturam,quod relinquitur arbitrio iudicis.ad quod allega. Bart.in d.l.maritu .& in l.fin.ff.de quæſtio.& alios etiam allegat de quibus ibi per eum.Et idem dixit d. Paris in d. ſuo tract.in 105.char.in 1.col.ver. an ad torturã inferendã.vbi ẽt alia plura dicit, de quo ẽt ego latius dixi in d.l. fi.ff.de quæſtio.in 1.& 2.col. Ad quem etiam uide d.Pariſ. in d.ſuo tract.in 94.char.in vlt.col. & ibi in 96.char.in 2. col.in verſ.ſi quis eſt inuentus &c.circa fin. & vide etiam Io.An.in addi.Spec.in tit.de præſum. in §. ſpecies. in addi.incip.hic eſt inſtandum &c.circa med.addi. & Iaco. de Bel.in authen.de exhi.reis.in §.ſi vero ẽt.quem refert Io. de Imo.in l.ſi.in pe.col.ff.de hær.inſti.& Iaſ.in repe.l.admonẽdi in 62.col.ff. de iureiuran. Et vide oĩno ſupra, in hoc.§.nu.5.& nu.11.& do.Pe.Phil. Cor.in conſi.58. inci. viſa inquiſitione.in 3.col.in prin.in 2.vol.Quęro vlterius
178 † an tacita confeſsio,quæ fit per pacẽ ſequutã,faciat indiciũ ad torturã de delicto, in quo fuit facta pax? In quo do.Fran.Bru.in tract.ſuo de indiciis & tortura.in 4.char. 2.col.in verſ. quæro quid de confeſſione tacita &c. dicit ꝙ per talem pacem plene probatur delictũ,per ea quę habẽtur per Bar.& Bal.in l.trãſigere.C. de tranſ.& per Bal. in c.1.§.iniuria.de pace iur. firm & dicit ꝙ de hoc videtur tex.in l.quoniam.C.de infa. poſtea dicit ꝙ Bal.in d.l.quoniam.& in l.furti.in §.pactus.eod.tit.dicit, ꝙ faciens pacem nunquã intelligitur cõfiteri delictum,quo ad eũdem nationẽ.Item allegat Archid.in c.in omnibus.2. quęſt.4. vbi dicit,ꝙ licet paciſcens uideatur fateri crimen:ut in d. l.qm.tñ illud eſt verũ, ſi aliquo dato paciſcitur ſecus eſt ſi gratis:vt d.§.pactus.Poſtea quærit ipſe do.Franc.Bru.ubi ſupra,

ſupra,quo fieri poterit pax,ut ꝑ eam nõ uideať quis fa-
teri delictum,ad quod allegat Tãcre.de Corneto ĩ ſua cõ
pendioſa dicentẽ, ꝙ fiat hoc modo uidelicet,ꝙ dicat.Et
hæc facit ut euitet ſumptus litis,nõ ꝙ cõmiſerit crimẽ,
de quo facit pacem,allegat d.l.furti.§.pactus. Itẽ dicit ꝙ
poteſt fieri alio modo uidelicet,ꝙ is qui iniuriã,uel dam
nũ paſſus eſt,remittat per pactũ omne dãnum & omnẽ
iniuriã,qđ cõſtaret uel cõſtare poſſet ſibi ab aliquo illa-
tum quacunque de cauſa:Vel iniuriatꝰ faciat pacẽ cũ ĩiu
riante, & ei remittat iniuriã,quã conſtat uel cõſtare poſ
ſet illã ſibi intuliſſe : qa ex hoc nihil uidetur fateri.Po-
ſtea dicit ꝙ alii dicunt generalius,ꝙ Notarius debet di
cere ĩ inſtrumẽto:Tales fecerũt pacẽ, & cõcordiã de om
nibus iniuriis, uulneribus & offenſis, q̃ dicũtur ꝑ dictos
ſe inuicem feciſſe & inuicẽ ituliſſe.nam tunc nõ uidetur
fateri,ita reſidet d. Frã.Brũ.in d.ſuo tracta. Tu aũt ultra
do.Frã.Bru.ubi ſupra.uide d.Catal. in ſuo tra.ſyn.ĩ uer.
625.incipi.adde an producens. ubi dicit,ꝙ producẽs in-
ſtrumentũ pacis,uidetur cõfiteri delictũ,ſi talis pax fuit
facta ꝑ pecuniã ſecus ſi fuit facta gratis, quia tũc nõ uide
tur cõfiteri delictũ. & alleg.d.l.quoniã.C.de infa.& Bal.
in d.l.furti.in §.pactus.eod.tit.& alle.ẽt Arch.in c.in om
nibus.2.quęſt.4.Et ſubdit do. Cata.ubi ſupra in uer.ibi
179 ſeq.ꝙ † qui remittit iniuriã ꝑ pecuniã, eſt ĩfamis.alle.
glo.23.q.4.c.ſi illic. quod etiã no. Bart. ſecundum eum
in §. athletas.in §.ſiqs.ff.de infa. & uide circa hãc mate-
riam Bal.in cap.1.in §.ſeu furtum.ĩ 5.colũ. uerſi.itẽ quę
fuit Ioan.mona. de pace iura.firman. Pręd ictis ẽt adde
180 ꝙ qui petit ueniam, † non uidetur fateri delictũ,ſecun
dum gloſſ.in ca. exhibitas in uerbo, ueniã poſtulauit de
homicidio,quod etiã uoluit Ludo. Rom. ꝑ illã glo.in l.
1.in prin.ff.de noui.oper.nun.& do.Bart.Cep.in cõſ.ſuo
21.incip.ego Bart.ĩ 6. colum.& uide Paul.de Caſt.in cõ
ſi.119. incip.notandũ &c.circa fi.& do.Fely.in cap.teſti
moniũ.in 11.col.uerſ.& aduerte.extra.de teſtib.ubi alle
gat plures Doct.in pluribꝰ locis loquẽtes circa hãc mate
riam.Quæro ulterius de dubio ſæpiſſime occurrenti,qđ
ego



181 ego ſæpe audiui de facto uidelicet, an † diuinatio ſeu
incãtationes faciãt indiciũ ad torturã : q̃ quæſtio.ponit
do.Franciſ.Bru.in tract.ſuo de indiciis & tor.in 5.chart.
in 1.co.in prin.ubi dicit,ꝙ quãdoq; aliquis ĩcantator cõ
ſultus dicit,quod Titius cõmiſit tale furtum,uel aliud de
lictũ:an ex hoc poterit quis poni ad torturã, & dicit qđ
ipſe uidit fieri incantationem in quadam fiala,uel cũ for
bice & cribro,& dicit ꝙ talia nõ faciũt indiciũ ad tortu-
ram,quia talibus non eſt adhibẽda fides:ut l.itẽ apud La
beonẽ.§.ſi quis aſtrologꝰ.ubi hoc tenet Ang.ff. de iniur.
& facit.l.uerũ.C.de infam.Dicit poſtea ꝙ Bal. in quodã
ſuo conſil.incipien. in Dei nomine amen,quia q̃ſtio iſta
de tortura &c. dicit,ꝙ licet ars maleficio. ſit reꝓbata,ut
l.nemo.C.de malefi.& mathe,tamẽ quandoq; permittiť
quod maleficiũ tollatur ꝑ aliud maleficium,ſi alio modo
non poteſt quam per incantationem ẽt dœmonũ, ut di-
cit notari in ſumma confeſſorũ ꝑ magiſtrũ Io. de Ripa
ſub rubri.de impedimento ligaminis, tñ animus non de
bet recedere à deo quicquid ore ꝓferať,ſm opinio.mul
torum Theologorum.nam licitum ẽ aliquando de aqua
turbida bibere, ubi fluminis ſtagnãtis aqua deficit:me-
dicinæ enim omnes ſumũtur nõ rõne delectationis, qa
ſunt aridæ,ſed ſolũ rõne ſanitatis recuperãdæ, retinẽdæ,
uel adipiſcendæ, ſicut arte & natura manifeſtũ eſt:ſępe
uulnꝰ uulneri additur,ut utrunq; cureť.ita ſm eum dicit
Bal.in d.ſuo cõſ.Ex quibus uidet ſecũdũ d.Fran.ubi ſ.ꝙ
quãuis ars diuinandi ſit reprobata, tamen ubi magnum
ex delicto immineret ſcandalum, forte nec Deo nec ho
minibus reprehenſibilis uideretur dummodo animus
à Deo non recedat.non dico ꝙ ad torturã ꝓcederetur,
ſed ad inquiſitionẽ.nã ſi diuinator aliquẽ ĩculpat, pote-
rit iudex pro illo mittere,& uidere qua cõſtantia,quo ru
bore, & quo palore loquatur, & ex hoc ſumere indiciũ
ueritatis:ut ĩ l.de minore.§.tormẽta.ff.de q̃ſti.ita reſidet
dom.Franci.Brun.in dicto ſuo tract. Ego autẽ circa hãc
materiã dico unũ,quod teneo firmiter,ꝙ talis diuinatio
non faciat indicium ad torturã, ſed ad inquirendũ ut di
xit

xit do.Franci.cum exiſtas diuinationibꝰ, & incãtamẽtis ſæpe animus hominis ĩclinatur,& inducit ad credẽdum aliquid eſſe uel nõ eſſe.Et memini me alias tẽpore iuuẽtutis meæ uidiſſe rem mirabilẽ & ſtupendã, dum eram gubernator ciuitatis Albinghanæ in partib.Ianuẽſiũ ultra Sauonam per 30.miliaria.Nam fuerat mortuꝰ quidã hõ nocturno tẽpore,& neſciebatur à quo:attamen multi erant ſuſpecti de morte ſua.& quidam hõ ſenex dixit mihi, domine gubernator ſi uultis ſcire ueritatẽ huius homicidii,faciatis corã uobis portare cadauer illiꝰ mortui,poſtea faciatis uocare illos q ſunt ſuſpecti de illo homicidio,& ueniãt unus poſt aliũ,ubi ẽ illud cadauer,tũc cũ ſupuenit uerus homicida, tũc uulnera illiꝰ cadaueris fluẽt ſanguinẽ de nouo, & ſic habebitis certitudinẽ illiꝰ homicidii:Quo audito feci portare corã me illud cadauer,& feci uocari illos ſuſpectos de illo homicidio de uno in unũ:& cũ ſupuenit uerꝰ homicida, uulnera illius cadaueris incœperunt effluere,& emittere ſanguinẽ. de quo ſumme fui admiratꝰ:attamẽ nihil dixi,nõ pſtãs fidẽ tali rei,quæ nullibi probatur.attamẽ ex poſt per plures dies reperta ſunt indicia ſufficiẽtia ad torturã cõtra illũ uerum reum, quẽ capi feci, qui habita copia indiciorũ abſq; tortura cõfeſſus fuit ſe occidiſſe illum hominẽ,& poſtea eũ cõdemnaui ſecũdum formam iuris,& ſtatuto

182 rũ illius ciuitatis. Quæri etiã poteſt † an in cauſis criminalibꝰ poſſint teſtes cogi teſtificari?ĩ quo remitto me ad dicta per do.Fran.Bru.in trac.ſuo de iudic.& tor.in 2. char.in 1.col. ubi etiã ponit quæ perſonę cogi poſſint. Quæro poſtremo,an ſi iudex ſine indiciis uel cũ indiciis minus legitimis poſuit reũ ad torturam, qui reus cõfeſſus ẽ delictũ,quo caſu talis cõfeſſio eſt nulla,etiam ſi ſit ratificata,ut habetur in l.penul.ff. de quæſtio.& ibi late

183 dixi.an ſi poſtea ſuperueniant indicia † ſufficiẽtia, cõfirmẽt torturã ꝓcedentẽ indebite factã, & cõfeſſionẽ ex ea extortã.In quo Bal.formãs iſtã q. in l.fi.C.de accuſa.tenet ꝙ nõ.& hoc dicit ꝓcedere: quia fuit ordo ꝑuerſus,ut patet ibi in gl. & dicit ꝙ hoc ẽt tenuit gl.expreſſe

in



in l.maritus.in 2.lectu. ff.de quæſt. quod dicit eſſe notã. Tu ultra Bal.dicas ꝙ idem tenent doct.per gl. ibi ĩ l.pẽ. ff.de quæſtio.& in l.qui in aliena.§.Celſus.ff.de acq.heredi.& do.Catal.in ſuo tract.ſyn.in uer.165.inci.adde qđ diximus.de quo etiã dixi in repe.l fi.in 32.char.ante fin.C.de prob.Pro qua doct.Bal. & ſequaciũ poſſunt aliqua in ſimili adduci.Et primo adduci põt dictũ Bal.in l.

184 ſi uxor.C.de cõdi. inſer.ubi dixit,ꝙ licet filiusfa.† poſſit donare cauſa mortis cũ conſenſu patris:ut l. tã is.§.1. ff.de dona.cauſa mor.tñ ſi filiusfa. donat cã mortis ſine cõſenſu patris,licet poſtea pater ratificet, nõ tñ ualebit talis donatio:qđ dictũ refert & ſequit do.Frã.de Are.in no.conſi.ſuo 70.incipi.donatio.Et dixit Bal. in cap.cum conſuetudinis.in 2.col.de conſuetu. quod pater nõ põt authorari filio donãti cauſa mortis poſt.dõatione factã, etiam ſi donaret fratri in eadẽ poteſtate cõſtituto ꝓ qua faciũt dicta per Bal.in ca.quoties.de pac.& dicta per Oldr.in cõſi.ſuo 306.icip.quãuis pater &c.in 1.col.& dicta latius p Iac.de Bel.in cõſ.ſuo inci. Cicolus Petri &c. qđ conſilium eſt inter conſilia Bal.in 6.uolum.nu.57.& faciunt dicta per Bald. in conſi.84.incipien.uerba libelli &c.in fin.2.col.in 1.uolu.& in conſ.166.incip.caſus talis eſt &c.in 3.volum.Et facit etiam dictum Bal.in l.1.in antepe.colu.uerſi.extra q̃ritur.C.qui admitti.ubi dixit,

185 ꝙ ſtãte ſtatuto,ꝙ mulier nõ † poſſit cõtrahere ſine cõſenſu propinquorũ, alias nõ ualeat cõtractꝰ,ꝙ ſi mulier cõtrahit ſine conſenſu ꝓpinquorum,licet poſtea ꝓpinqui conſentiant,tamẽ non ualebit cõtractus:quod dictũ refert,& ſequit Barba.in repe.rubr.de fide inſtru. in 13. char.in ulti.col.& in ca.cauſam matrimonii.in ult.char. in 1.col. de officicio delega. & in cap.cum iure.in 27.colum.eo.ti. ꝓ quibꝰ facit gl.in l.ſi filiꝰ.C.de petit.hæredi. Et idem in ſimili dixit dom.Alex.in conſi.ſuo.170,inci. uiſo proceſſu in ult.col.pro quo allegat l.ſi filius.& l.eiꝰ qui in prin.ff.de teſt.& l.ſi minor.ff.ſi ſeruꝰ expor.& c.1. de ſpon.impub.lib.6 & no.per Bal. in c.fi.de ca.mon.& per Dyn.in reg.non firmatur.de reg.iur.in 6.Et facit qđ

no.

nō.dixit Bal.in titu.de pace cōſtan.in verbo ſentētiæ.vbi
186 dixit,ꝙ laudum † latum non præcedente cōpromiſſo,
non pōt ratificari per partes: quod ēt videtur de mente
Sal.in l.ſocietatē.in §.arbitrorū.in 15.q.ff.pro ſocio.& d.
An.in c.Quintauallis.vltra me.de iureiur.quod ēt voluit
Pe.de Anc.in c.canonum ſtatuta.in 14.q.prin. 11.col.de
conſti.& idem tenet Lud.Ro.in l.1.in fi.ff.de feriis,vbi re
fert Bal. in dicto verb. ſententiæ quoque.& idem voluit
Io.de Imo.in conſ.ſuo 106.inc. in cā quæ vertitur & ver
ſa eſt inter Chriſtophorum &c. & pro illo dicto Bald.eſt
bonus tex.quē ipſe allegat. in d.§. ſentētiæ quoque.in c.
examinata.de confir.vtili vel inutili, vbi dicitur, ꝙ non
pōt emologari laudum,ſuper quo non præceſſit compro
miſſum.Et idem voluit Lud.Ro.in conſ.ſuo 155.inc.præ
miſſum laudū.vbi cōſuluit ſuper hoc.& dixit nō refraga-
ri ſequēs ratificatio,ſeu emologatio laudi,qn̄ nō præceſ-
ſit cōpromiſſum,& allegat d.c.examinata. & Bald.in d.§.
ſentētiæ quoq;.& idē dixit ipſe Lu.Ro.in cōſ. ſuo 173.in
fi.& Bal.in cōſ.108.inc.cū plures &c. qđ tn̄ an ſit uerum
ſemper & indiſtincte nō ex aīo nunc, cū non ſit materia
noſtra. ideo me remitto ad dicta ꝑ doct. in dictis locis.&
ad Io.de Imo.in c.niſi eſſent.in 2.col. de præb. & ad Bal.
in c.cū dilecta.de reſc.& dicta ꝑ Bal.in l.fi.ī fi. C.de cōtra
187 hen.emp.vbi dicit ēt, ꝙ † laudū nō pōt ratificari à par
tibus antequā feratur: qđ dicit voluiſſe Dyn. in cōſ.ſuo
inci.Ptolomæus &c.qđ tn̄ limita vt ibi per eū,de qua ma
teria vide ēt Lud.Ro.in conſ.24.in fi.1.col. & Pet.de An
cha.in cōſ.254.inci.videtur prima facie dicendū. in fi. &
Io.de Imo.poſt Ang.in l.ſciendū. circa fi.ff. de verb.obl.
& Ang.in conſ.ſuo 195.inc.pro concluſione prædictorū.
& d.And.in c.dilecti.de arb.& Abb.in d.c.examinata. &
Bal.in l.cū antea.in 1.col. C. de arbi. & Pet. de Ancha.in
conſ.ſuo 120.inc.vnus ex procuratoribus. Itē vltra præ-
dicta pro hac parte, ꝙ habilitas ſuperueniēs non validet
actū à principio nullū facit gl.ſing.iūcta tex.in l.pen.ff.de
quæſt. quæ dixit ꝙ cōfeſſio facta in tormētis legitimis in
diciis non præcedētibus non valet. dato ꝙ poſtea ſuper-
ueniant



ueniant indicia:& dato etiam ꝙ ratificetur. de quo glo.
ſupra dixi.d.l.pē.& ī repetit.mea l.fin.C.de ꝓbati.ī 22.
char.poſt med. Itē ultra p̄dicta ꝓ hac parte, ꝙ habilitas
ſuperueniens nō validet actū à principio nullū,facit tex.
in l.obligari.in §.tutor.ff.de auto.tut.& tex.ī §.tutor.in-
ſti.eo.tit.in quibus iuribus dicit, ꝙ ſi authoritas tutoris
debet interuenire in ipſa celebratione actus, alias actus
debet eſſe nullus,ꝙ talis actus ēt non cōualidatur, ſi fa-
ctus ſit ſine illa ſolenitate, ſeu autorit.licet poſtea talis
autoritas interueniat.Pro quibus ēt faciūt dicta ꝑ Lud.
Roma.in cōſ.ſuo 59.incip.circa propoſitā cōſultatione
circa pen.col.ubi ad hoc ꝙ habilitas ſupueniēs nō uali
det actū à principio inualidū ꝓpter aliquā inhabilita-
tē allegat plura.& primo tex. in l.ſi qs in ſenatorio. & l.
ſi qs tutor.uer.quid ergo.& l.eos ff.de rit.nup.& l.1.C.ſi
rector prouinciæ,& l.& ſi cōtra.C. de nup. & c.1.§.nec
matrimoniū.de ſponſa. impub.in 6. in qb⁹ iurib⁹ patet,
ꝙ ſi matrimoniū, uel ſponſalia ſunt nulla:qa īter inha-
biles contracta ꝓpter defectū ætatis, uel ꝓpter alia in-
habilitatē legalē: ea inhabilitate ceſſante,ut qa ſupueni
at legitima ætas,ipſo iure non recōualeſcent. itē allegat
ēt Ludo.Ro.in dicto cōſi.ad hāc materiā.l.1.C.de cōtra
cti.iudi.& l.fi.C.ſi maior fac.ubi dicitur, ꝙ alienatio fa-
cta il i,qui p̄eſt alicui loco ꝓ iure reddendo,nō recōuale
ſcit ceſſante inhabilitate.ad idē alleg.l.minor.ff.de fer.ex
por.in uerbo,nulli⁹ momēti &c. & ſi eo tēpore. de reſc.
in 6.ubi habetur,ꝙ cōceſſio facta ꝑ principē nulliter,eo
quia inhabili propter defectū ætatis, nō recōualeſcit ex
hoc ſolo ꝙ ſupueniat legitima ætas & alia plura ad hoc
propoſitū adducit Lu.Ro.ī dicto cōſ.Sed ego ultra eū ad
duco not.uerbū Bar.in l.eū qui.alias inci.Paulus.ff.de ſta
tu ho.ubi dicit,ꝙ ſi cōtractū eſt matrimoniū in gradu ꝓ
188 hibito, † licet ſupueniat diſpēſatio, tn̄ filii ante nati
nō erūt legitimi. & idē tenet Bald.in c.1.§.naturales.in
ult.col.ſi de feu.fue.cōtr. inter do.& agna. & dicit ꝙ Cy.
in d.l.Pau.refert ꝙ iſta qſt.fuit de facto in quodā Vbald.
& idē clari⁹ dixit Bal.ī l.& ſi cōtra.C.de nu.ī uer.nota er

go &c.& Bald.in l.ex libera.C.de ſuis & leg. uide tamen
quæ dixi infra,in §.ſecunda q.nu.51. Et facit qđ uoluit
Ioan.And.in additio.Specu. in titu.de teſte.in §.1.in 2.
189 addit.ubi dicit,ꝙ ſi inimicus † recipiatꝰ de facto in te-
ſtem cõtra inimicũ, licet poſtea ſupueniat recõciliatio
inter eos,non tñ reconualeſcit teſtimoniũ ſuũ.& alleg.
glo.in auth.de teſte.in §.ſi uero qs dicat. in uerbo,non
adſit. Et faciũt etiã dicta ꝑ Pau.de Caſt.in cõſ.322.inci.
ſuꝑ primo uidetur &c.vbi dicit,ꝙ ſentẽtia nulla ratione
defectus probationum,non recõualeſcit ex atteſtationi-
bus poſtea receptis. Pro quibꝰ ẽt faciũt quæ ego dixi in
l.iuriſiurãdi.in 2.char.C.de teſti.& q̃ latiꝰ dixi in l.pen.
in 6.7.& 8.col.ff.de quæ. ubi omnino uideas.& in repe.
mea.l.fin.C.de prob.in 32. char.& in conſi.meo 25.in-
cip.confundentur oẽs,qui te derelinquũt domine &c.in
2.& 3.char.& Pe.de Anch.in conſ.338.inci. de efficacia
&c. in fi. tene mẽti prædicta in materia pſentis dubita-
tionis:quia uere ſunt notabilia.Quæro modo ulterius:
pone aliqua ſunt ĩdicia cõtra reũ ꝙ cõmiſit maleficium:
aliqua uero ſunt ꝓ reo ꝙ nõ cõmiſit maleficiũ, an uigo-
190 re indiciorũ exiſtentiũ cõtra eum † poterit poni ad
torturam:in quo dicas ꝙ nõ. & hoc duplici ratione. Pri
ma quia ſemꝑ in obſcuris debemus inclinare in beni-
gniorẽ partẽ.l.ſemꝑ in obſcuris.ff.de reg.iu.l.factũ cui-
que.§.fi.eo.titu.reg.in pœnis.de reg.iuris.i 6.c.eos uero.
50.diſt.l.merito.ff.pro ſocio.l.Arriã.ff.de actio. & obli-
gatio.Et ubi põt capi duplex intellectꝰ,ſemꝑ debet capi
intellectꝰ,ꝑ quem quis nõ cadat in delictũ,ut latiſſime di
xi ego adducẽdo multas,& quãplures doctrinas in repe.
mea.l.fi.C.de ꝓbat.i 50.char. & habetur ꝑ Frã.de Cur.
in cõſi.ſuo 70.incip.circa primũ.in 2. col.ꝓ quibꝰ opti-
me faciũt,quæ ego dixi in l.uniꝰ facinoris. in §.i ea cã.in
uerſi.itẽ ꝓ prædicta regula &c.ff.de quæſt. ubi plura no-
tabilia adduxi faciẽtia ad materiã iſtã. Pro quibus facit
quod dixit Bal.in c.duobus.in 1.col.uerſic. ꝙ ſi iudices.
191 de re iudi.ubi dixit,† ꝙ in teſtibꝰ ꝑti minori diſcordã-
192 tibus,ꝓualet benignior pars.Secũda rõ eſt:qa † unum
indiciũ



indicium tollit aliud, ſecundũ Alex.in cõſ.ſuo 77.inci.
in cauſa accuſationis.in ulti.colum.in 1.uolu.& una præ
193 ſumptio † tollit aliam.l.diuus ff.de in ĩteg.reſtitu.cap.
accedens.de crimine fal.& ibi glo.ca.tuã.de ſponſalib.&
ibi gl.uoluit Bal.in l.Pacumeius.ff.de hæredi.inſtitu.&
Io.de Ana.in cõſi.ſuo 19.incip.uiſis ĩſtrumẽtis,in 3.col.
Alex.in cõſi.103.incip.uidetur.in 7.col.in 1.vol.& Cy.
in l.ſi cum dotẽ.§.tranſgrediamur.ff. ſoluto matrimo.&
Spec. in titu.de expẽſis.§.4.uerſic. in hoc &c.circa med.
docto.in l.ſi qui adulteri.C.de adulter.& in l. ſiue poſſi-
detis.C.de probati.& habetur in l.mater. & ibi Ang.&
194 Saly.C.de calum.Et idem dicimꝰ in cõiecturis.† quia
una cõiectura tollit aliam,ſecũdũ Bal. in cõſi.302. inci.
proponitur.ante fi.in 2.uolu.& Fulg. in cõſ. 173.inci.in
cauſa. & Angel. in l. iniuriarũ. in §. ſi quis de honore.ff.
195 de iniur. Et idem dicimꝰ in duobꝰ ueriſimilibꝰ † nam
magis ueriſimile tollit minus ueriſimile ſm Bal. in l.fi.
in 2.oppo.C.de hæredi. inſti. Et maior ueriſimilitudo
tollit minorem,ſecundum Bald.in l.ſiue poſſidetis.C.de
probat.quem refert,& ſequitur Iaſ. in l. ſi extraneꝰ.i 2.
col.ff.de cõdi.cã data cã nõ ſequuta. Et circa hãc mate-
riam ꝙ unum indicium tollit aliud teneas ꝑpetuo mẽti,
ꝙ iſtud eſt adeo uerum,ꝙ ſi cõtra reũ adeſt unũ indiciũ
maleficii:ſed pro reo ſit probata bona fama,ꝙ hoc caſu
196 ipſe reꝰ † nõ poterit torqueri uigore illius indicii,qđ
hẽt cõtra ſe:itẽ not.dixit Bal.in l.fi. C.de prob.in ul.col.
quẽ refert,& ſeq.d.Ale.in l.fi.in 3.apoſt.ff.de quæſti. ubi
dicit,ꝙ illud qđ dicit,ꝙ qñ cõtra reũ eſt aliqđ indiciũ,
ꝙ ex hoc ipſe reꝰ põt torqueri:Eſt uerũ & habet locũ qñ
talis reus eſt uilis pſona,& abiecta:ſecus aũt ubi eſſet uir
grauis,bonæ uitę, cõditionis, & famæ: quia tũc nõ pote
rit torqueri:qm̃ qualitas præcedẽtis uitę elidit huiuſmo
di indiciũ.ꝑ l.nõ omnis §. à Barbaris. ff. de re milit. &c.
cum iuuentute.de præſump.quod dixit Alex. ubi ſupra
eſſe not.& idem dixit ipſe Alex.in conſilio ſuo 313.icip.
uiſo themate ante ſcripto.in pe.col. Et idem dixit Bal.in
l.ea quidẽ. in antepẽ. col. uer. itẽ q̃ro an ĩfamatꝰ. C.de

 accu.

quæro an infamatus.C.de accuſa. vbi ẽt reſpondet ad cõtraria. & dicit ibi ꝙ idẽ tenuit Gandi. licet non dicat in quo loco.Et idẽ tenuit Bart.in l.3.in §.ſed ſi ex improuiſo.ff.de re mili.& Ale.in d.l.ſi.ff.de queſtio.in pe.apoſtil. Et idẽ etiam tenuit Alex. in conſi. ſuo 237.incip.ponderatis narratis in themate.in vlti.col.vbi allegat Bal.in dictis locis.Et idem tenuit Catal.ĩ ſuo tractatu ſynd.in verſic. 542. incip. adde quia ſępe &c. ante fin. dicti verbi.& Rapha.Cuma.in conſilio ſuo 135. incip. ad primum &c. in 2.col.in verſic.amplius dixit Bal. &c. vbi allegat Bald. in d.l.ea quidẽ.in d.verſic.quæro an infamatus &c.Et idẽ tenuit d.Petr.Philip. Corn. in conſilio ſuo 58.incip.viſa inquiſitione.in 4.col.2.vol.& do.Bartho.Cepo.in cõſilio ſuo 40.inc. Lucius &c.in 9.col.Et hãc partem etiam firmauit Ange.in l.milites.C.de quæſtio.quem refert.& ſeqtur Ale.in d.l.ſi.ff.de queſtio.in 4.& in pe.apoſtil.Et hãc partem ẽt firmat do. Phili.Deci. in conſi. ſuo 180.incip. lætatus ſum &c. in pe. col. in fi. vbi etiam adducit Bal.in
197 l.1.in fi.C.loca.vbi cõcludit, † ꝙ pſumptio delicti tollitur ex probatione bonæ famæ:ad quæ vide ẽt Pet.de Ancha.in c.canonum ſtatuta.in 107.col. verſ.ſubijcio ſimilẽ quæſtionem:de conſtitu.quæ omnia ſunt notãda:qa multi eſſent,qui dicerent cõtrariũ,Nã quãdo ſpecialiter ſunt examinati teſtes ſup mala fama alicuius, tunc tales teſtes præferũtur teſtibus deponẽtibus ĩ genere de bona fama. ita dixit Ludo.Roma.in cõſi.ſuo 167.incip. Antonius accuſatus.in fi.verbis. vbi allegat hoc voluiſſe Inno. in c.inquiſitionis.& in c.cũ oporteat. de accuſatio. Pro quo ẽt faciũt dicta p Inno.in c.auditis.de prȩſumpt.vbi dixit,ꝙ
198 probationes † in ſpecie pferuntur pbationibus ĩ genere:qđ dictum refert,& ſequitur do.Alexand.in conſi.ſuo 77.incip.in cauſa accuſationis.in prin.3. colum.in 1.vol. & ibi etiam ſubdit, ꝙ pro hoc facit quod voluit Bald.in l.ſiue poſſidetis.in 2.co.C.de prob.vbi dixit,ꝙ pſumptio in ſpecie tollit pſumptionẽ in genere. Et facit regula,generi per ſpeciem derogatur.de reg. iur.in 6.de quo per d. Franciſ.de Curte.in conſi.ſuo 56.inc. ſuper proceſſu &c.ĩ

7.col.



7.col.Item illud dictum Inno.in d.c.auditis. de præſcrip. refert,& ſequitur Alex.in conſi.ſuo 148.incip.excellentiſſime domine &c.in 1.col.in 2.vol. vbi etiam refert Nicol.de Neapo.in l.turpia.in princ.ff.de lega.1. dicentem,
199 ꝙ † magis creditur duobus teſtib⁹ in ſpecie deponẽtibus, q̃ pluribus deponẽtibus in genere allegat qđ not.p Inno.ĩ d.c.auditis.de qbus omnibus dixi in l.de minore. in §.plurium.in 18.colum.in princi.ff.de quæſtio. vbi ſequutus ſum hanc partẽ. Sed nũc diligentius,& accuratius cogitans circa pdicta inclino in aliam partem tanquã benigniorem.Et hoc primo p regulã,ſemper in obſcuris.& per alia q̃ ſupra adduxi.Secũdo propter autoritatem tantorum patrum contrariũ tenentiũ,quos ſupra retuli.Pro qua parte & opinione faciũt optime, q̃ ego dixi in l.falſam.in prin.in 17.col.ff.de fal.& ſupra in hoc. §.nu.96.& 97.Quæ oĩa teneas menti: quia ſæpe conferunt honorẽ, & maximã vtilitatẽ. Vlterius dico,ꝙ omnia ſuperius dicta cõtinens materiã indiciorum exiſtentium cõtra reos quia aliqua ẽt ſunt indicia, quæ faciũt pro ipſis reis ideo mihi videtur de talibus indiciis faciẽtibus p reis aliqua
200 dicere,& in mediũ afferre:Ideo ſcias ꝙ exculpatio † offenſi eſt magnæ importãtiæ & multũ prodeſt reo inquiſito,vel accuſato.Nã ſi aliquis fuit accuſatus, vel inquiſitus de vulnere illato in perſonã Titii, ſi ipſe Titius dicit, ꝙ non fuit vulneratus ab illo inqſito, vel accuſato,& eũ exculpat,nõ poterit torqueri ex indiciis exiſtẽtibus contra eũ:quia habet indicium innocentiȩ pro ſe,ita ſing.dixit Bal.in l.1.in vlt.col. in ver. pone teſtator.C.commu. de leg.alleg.l.Paulus.§.1.ff.de bo.lib. quã doctrinã refert & ſequitur do.Alex.in conſi.ſuo 24.incip. animaduerſis, in 6. colum. in 2. vol. & in conſil. 237.incip. ponderatis narratis in themate. circa prin.& in conſi.223.incip.viſo proceſſu.in 2.char. in vlt. col. & idẽ firmat Bal.met in margarita ſua.in ver.maleficiũ. in 1.ver.& Bal.in reperto.ſuo.in verbo.vulnus.ĩ 1.ver.& do.Fely. in c.1.circa fi. de pſumpt.& in c.literas.in 5.col.eo.tit.& Gand. in trac. ſuo maleficiorũ. ſub rub. de tranſact. & pac.in malefi.in

N 3 6.colum.

6.colum.in vlt.verſi.inc. ſed pone ꝙ quidã mortiſere vulneratus &c.& illã doctrinã Bald. etiam refert & ſequitur Alex.in l.ſi quis in graui.in §.ſi quis moriens. ff.ad Sylla. & in conſi.ſuo 124. incip. quoniam abunde &c.ad fin.in 6. volu. & in conſi. 30. incip. ex allegatis &c. in vlti. colum.in 7.vol.de quo etiã per Iaſo.in l.1.in 2. col. ff.de eo per quẽ fac.erit.& per eundẽ in d.l.1. in fi. C. commu.de legatis.de quo dixi ego etiam in ſingu.meo 23.incip.confeſſio offenſi &c.Itẽ aliud eſt indiciũ pro reo, quod indi-
201 ciũ eſt tarditas accuſandi. † Nã ſi accuſator multũ ſtetit ad accuſandũ, eius accuſatio poſtea reddit ſuſpecta, ſecundum Bald.in conſil.ſuo.37.incip. quidam tabellio.in fin.in 3 volu. pro quo facit tex. in cap. 1. in verſ. quia ſi proclamare voluit, cur tamdiu tacuit &c. de frigi. & maleſi.ad quæ vide etiam Iaſon.in §.fuerat.in 5.colu.inſt.de actio.& in l.1.in 6.col.ver.itẽ ꝓ extẽſione &c.C.qui admit.pro quibus ẽt faciunt dicta per Alexan. in conſ.115.
202 inci.viſa.in 1.col.ad fin.in 7.vol.Et facit ẽt. † Nam violentia per lapſum lõgi tẽporis præſumitur cõuerſa in cõſenſum,ſecũdũ Spe.in tit.de ꝑſumptio.in §.ſpecies.in verſicu.neceſſaria.Et pro iſtis faciunt optime dicta per me in ſingu.meo 288. incip. tolle moras &c. vbi videas. Et facit etiam. Nã ille qui differt producere inſtrumentũ ſolu-
203 tionis vel alterius tenoris releuãs eũ a petitis,† non debet audiri il lud ꝓducẽdo,niſi refectis expẽſis quibus ſua tarditate vexauit aduerſariũ ita dixit Bal.in c.exceptionẽ in princ.de excep.quẽ refert do.Fely.ĩ c. ad audiẽtiam.el 2.in 12.col.de reſcri.& in c.de cætero.in 4.col.de re iudi. ꝓ quo alleg.c.ſuſcitata.& ibi Abb.in 3.not.de ĩ integ.reſti.Et ꝓ hoc facit optime no.dictũ Aegi. de Belame. ĩ deciſ.ſua 216.inc.ĩ cauſa &c. vbi dicit clericus qui permiſit ſe condẽnare a iudice laico,& committere executionẽ,& poſtea allegauit priuilegiũ clericale, cũ eſſet clericus,qđ debet condẽnari in expẽſis,quibus fatigauit actorẽ tardãdo opponere dictã exceptionẽ:quod dictum refert & ſequitur d.Fel.in c.exceptionẽ.in prin.de exceptio:& idem dixit Gemi.in c.1 in 6.col.in prin.de reſcrip.in 6.de quo





plenius dixi in l.patre,vel marito. in 16. col.ff.de q. vbi videas.& vide etiã in materia Alex. in l.edita.in 4. colũ. ver. teneo opinionem.C. de eden.& Io. An. in additio. Specu.in ti.de requiren.cõſi.§.inſuper ver.tu autẽ.& Angel.in conſi.136. incip.in quæſtionẽ vertente.et Alexan. in conſi.62.incip.viſa facti narratione &c. in 2.colum.in fi.in 2.volu.& do. Fely.in c.inter monaſteriũ.in 8. co.de re iudica.&in c.nullus.circa fi. de præſumptio.& Abb.in c.ſciſcitata.in pe.col.de reſtitutio.in integrũ.& ĩ c.ex parte.el.2.poſt prin.de offi.deleg.& ĩ c.ſuper.eo.ti.&do. Frã-
204 ciſ.de Aret.ĩ c.ſuper his.in 11.co.de accuſa.† Aliud eſt indiciũ nõ debile iudicio meo in ſignũ innocẽtiæ rei, & ĩ eius fauorẽ:quod indiciũ non memini me vidiſſe poſitũ, nec tactũ ab aliquo ſcribẽte:qđ indiciũ eſt, quãdo aliqs eſt accuſatus,vel denũtiatꝰ,vel ĩquiſitꝰ:& eſt in libertate poſitꝰ:tamen ſpõte ſe ponit in carcerẽ.Nam iudicio meo tale eſt ſignũ nõ leue,& indiciũ, ꝙ talis ſit innocẽs. Nam nemo eſt ita fatuus,& inſanus,q ſi eſt nocẽs & verus reus delicti velit ſe priuare libertate,&cõſtituere ſe ĩ carcerẽ, putãs celare veritatem,quæ finaliter mori nõ poteſt,niſi ſciat ſe innocentẽ,& loquor vbi tractatur de pœna vitæ.& ita tenet do.Bartho. Cepo.in conſi.ſuo 31. inci.ſuper homicidio. in 4. colum.ver. decima & vltima. Et vere ego multos diebus meis præſentaui ad carceres ſua ſpõte, & ſemꝑ reperti ſunt innocẽtes,&fuerũt abſoluti,&liberati, &nõ credo ꝙaliud cadere poſſit ĩ capite ſani,& prudẽtis viri,quã ꝙ talis ſe ſpõte cõſtituens ad carceres ſit ĩnocẽs licet ſæpe diſſuaſerim hoc pluribꝰ cliẽtulis meis memor illiꝰ dicti Bald. dicẽtis, quod ſub iuſto clypeo ſæpe peũt iuſti,& ſępe ſuccumbit fouẽs iuſtitiã. Et ꝓpter hãc ſpontaneã conſtitutionem in carcerem memini me alias legẽdo feciſſe quãdã conſiderationem nunquam factam, nec relatã ab aliquo,quæ talis eſt. Tu ſcis ꝙ iura prohibent, & repellũt inimicũ ab accuſando, cum magis præſumatur propter odiũ & inimicitiam accuſare inimicũ, quam propter veritatẽ,& zelum iuſtitiæ: vt habetur in c. cum oporteat.& in c. repelluntur de accuſa. & in c. cum P. &

in cap.meminimus, eod.titu. in cap.accuſatores. & in c.
omnes.3.quæſtio.5.&voluit glo.in cap.1.de accuſa tio.&
Specu.in titu. de accuſatio.ī.§.1.15. colum. verſicu.item
205 qđ eſt inimicus &c.Et idem dicim⁹,de infame † ꝗ ſimi
liter nō admittitur ad accuſandum l. qui accuſare. ff.de
accuſa.l.criminis.C.qui accuſare nō poſſunt.c.prohiben
tur.2.quæſti.1.gl.in c.1.de accuſa.Et Specu.ī titu.de accu
ſatore.in.§.1.in verſi.Item ꝙ eſt infamis.&Hoſt.in ſum-
ma de accuſ.& Azo in ſumma.C.qui accuſare nō poſ.&
glo.ī rub.C.qui accu.nō poſ.Et ratio quare īfamis nō ad
mittitur ad accuſandū eſt: qa alias propter aliqđ delictū
per eum cōmiſſum incurrit infamiā.Ideo præſumeretur
etiam nunc fraudulenter accuſare ꝑ regulam,ſemel ma-
206 lus &c.† Item ſimiliter pauꝑ nō admittitur ad accuſan
dum.l.nōnulli.ff.de accuſat.c.prohibētur.2.q.1.& uoluit
Spec.in d.titu.in.§.1.in 13.colum.in ver. itē excipit con
tra accuſatorem ꝙ eſt pauper.& uoluit glo.in d.rub.C.q
accuſa.nō poſ. Et cauſa propter quā nō admittitur pau-
per ad accuſandū eſt, ne ꝓpter paupertatē accepta pecu
nia indebita accuſet,ſecūdū Specu.in d.verſicu.itē exci-
pitur cōtra accuſantem &c. Et in prædictis caſibus nulla
alia ratio aſſignari poteſt, ꝓpter quam prædicti repellāt
ab accuſando, quā rationes ſuperius allegatæ: ergo illæ
rationes debēt haberi pro expreſſis . quia quādo una ra
207 tio tātū poteſt † aſſignari ī lege,vel ſtatuto, illa habe-
tur pro expreſſa,ſecūdū gloſ.not.& ibi docto.ī l.quanuis,
C.de fideicom.& uoluit Cy.in ca.fi.de reg.iur.ī 6. & Bal.
in l.fina.C.de liberis præte.&Rapha.Cu.in cōſi.146. in-
cip.Simon.in.4.col.& Fulgo.ī cōſi.78.inci. præſuppoſito
ſtatuto &c.in fi.1. colum. Sed ſi dictæ cauſæ ceſſarent de
beret ceſſare effect⁹: qa ceſsāte cauſa ceſſat effectus.l.adi
gere.in.§.quāuis.ff.de iure patr.c. cum ceſſante. de appel
la.Sed ī dictis caſibus ceſſant dictæ præſumptiones:vt ſta
tim oſtēdā.ergo debet ceſſare effectus ꝙ nō poſſint accu-
ſare.Quod aūt ceſsēt prædictæ p̄ſumptiones in dictis ca-
ſibus oſtēdo clare,&lucide.Nam accuſās aliquem ad hoc
vt valeat,& ꝓcedat ei⁹ accuſatio,debet duo facere de iu-





re cōi.primo debet ſe ſubſcribere,ſeu inſcribere ad pœ-
nam talionis.l.libellorū.ff.de accuſatio.l.4. C. qui accuſa
re nō poſſunt.& l.non prius.C.de calūnia.Quæ pœna ta
lionis eſt vt ipſe accuſās dicas ſe velle pati illā pœnā,quā
deberet pati accuſatus, ſi ipſe nō probabit ſuā accuſatio
nem.ita dixit glo.ī d.l.3.C.qui accuſare nō poſ.& docto.
208 in dictis locis.† Itē ꝙ durius eſt , tenetur ipſe accuſās
intrare carcerē cū accuſato,& ibi ſtare detentū donec ꝓ
bauerit & lata fuerit ſentētia,vel cā terminata,aliter nō
procedit accuſatio.& hoc procedit & habet locū tā de iu
re ciuili,q̄ de iure canonico.De iure ciuili hoc dicit tex.ī
l.fin.C.de accuſat.& tex.in l.1.C.de exhiben.reis. & tex.
& gloſ.in l.ſi quis alicui.C.ad leg. Iuliā maieſta. De iure
autem canonico hoc dicit tex.in c.ſi quis.2.q.8.& tex.in
c.fina.3.q.9.& uoluit Bald.in l.ſed ſi is.ff.de in ius vocan.
Sed ſi inimicus infamis,vel pauper accuſant aliquē, & ſe
inſcribant ad pœnā talionis: & vltra īſcriptiones debeāt
ꝑſonaliter ſe cōſtituere in carcere cū accuſato: vt s̃. pro
baui.vere, & indubitāter ceſſat omnis ſuſpitio, & omnis
p̄ſumptio,q̄ poſſet obiici,&opponi eis,ꝙ accſarēt inde-
bite alicuius prętextu,cū nemo ſit ita demēs,fatuus, vel
beſtialis,&tātū crudelis ſibiipſi,ꝙ vellet indebite aliquē
accuſare, qn̄ exponit propriā vitā in carcerib⁹ in mani
bus iuſtitiæ,vbi nō eſt ſpes fugæ,vel alteri⁹auxilii:&hoc
credo cōſtare vnicuiq; ſani capitis, ergo prædicti paſſim
ſunt admittēdi ad accuſandū. Nec obſtāt præſūptiones,
quæ ſunt cōtra eos, quas ſupra retuli:qa maior eſt p̄ſum
ptio in cōtrarium poſtquā exponuntur propriā vitā, po
nēdo ſe perſonaliter in carceribus. Et vna præſūptio tol
lit aliā.l. diuus.ff. de in integrū reſtitutio.l. ſi qui adulte-
ri.C.de adulte.l.ſiue poſſideris.C.de probatio.c.literas.
de præſumptio.c.accedēs.de crim.fal.Itē vnū indiciū tol
lit aliud. & vna cōiectura tollit aliā : & magis veriſimile
tollit minus veriſimile,vt de iſtis omnibus dixi s̃. in hoc
§.nu.192.cū tribus numeris ibi ſequē.Et ſic ex iſtis dico,
ꝙ iura ſuperius alleg.dicētia,ꝙ inimicus infamis,& pau-
per nō poſſunt accuſare,ſunt delēda: qa nō poſſunt ſtare,

nec locum habere ſtatibus dictis iuribus, qbus cauet ꝙ accuſans debeat intrare carcerem ſimul cum accuſato, ꝓmiſſa inſcriptione ad pęnam talionis. Et iſta fuit conſideratio mea noua nunquam audita ab aliquo, quam ego alias feci dum legerem titulum. C. qui accuſa. non poſ. ſuꝑ gl. rub. Et ideo argu. prædictorũ dico, ꝙ ille q ĩ libertate poſitus ponit ſe ſpõte ĩcarcerib⁹ in cã, in qua tractat de periculo uitæ, quod ille habet pro ſe indicium innocẽtiæ niſi eſſet aliqs fatu⁹, uel furioſus, uel alius nõ cõpos mẽtis. Tene mẽti. Modo qa uidim⁹ plura q̃ poſſunt damnum paſſo, uel offenſo mediantibus indiciis. Scias ꝙ ẽt quandoque ſine indiciis ſuccurritur dãnũ paſſo. ut puta cõmiſſum eſt furtum in bonis Titii: & licet ipſe nõ habeat aliqua indicia contra aliquem de furto, attñ ſi habet aliq̃ ſuſpitionẽ ꝙ bona ſibi furto ſubtracta ſint ĩ aliquo
209 loco, uel in aliqua domo, põt implorare † officiũ iudicis & petere quod ſibi fiat copia perquirendi. in domo illi⁹ ubi ſuſpicatur quod ſint bona ſua, & iudex debet hoc facere. ita dixit Ang. de Are. in tract. ſuo maleficio. in uerbo, ueſtem cœleſtem abſtulit. in 9. char. in uerſic. & bene nota &c. allegat l. 1. §. hoc autem. & l. diuus. ff. de ſeruis fugi. & l. requirendi. C. eo. & dicit ꝙ ita tenẽt doct. in dictis locis. Et ſubdit quod hoc eſt uerũ, nõ tãtum in territorio, in quo factum eſt furtũ. ſed etiam ſi factum eſt furtũ in uno loco, & portatum ſit in alio territorio, uel loco, & uni ſit aſſignatum furtum. nã tũc hoc idem poterit impetrari à iudice ut poſſim perquirere ĩ illa domo. ĩ qua ſuſpicor ꝙ apportatũ ſit tale furtũ. ad ꝙ alleg. l. 1. C. ubi qs de curia. & cohorta. li. 11. Et dicit ꝙ hoc uoluit Bal. ĩ. d. l. requirẽdi. De quo ẽt latius per d. Aug. de Ari. in ſuis addi. in d. uer. & bene nota. &c. & per Gandi. in tractatu ſuo maleficiorum. in tit. de furibus & latro. in fi. & Io. de Ana. in c. qui cum fure. in 2. col. de furtis de quo ẽt dixi in l. 1. in prin. in 9. col. in fi. ff. de quæſti. Et per iſta finem impono pro nunc materiæ indiciorum, quæ iudicio meo ſatis diffuſe facta fuit ex ſupradictis. Hyppolytus.

SVM-



## *SVMMARIVM.*

1 *Iudex an poſſit incipere à metu torturæ.*
2 *Torquẽdi metus, torturæ æquiparatur.*
3 *Tormentorũ formidine aliquid faciens an ſibi præiudicet.*
4 *Confiteri ſponte an dicatur, qui torquetur.*
5 *Belli timor remiſſionem datiariis præbet.*
6 *Debitorem ſuum propria authoritate capere ex ſola fugæ trepidatione an creditor poſſit.*
7 *Metum offendendi inferens pacem fœderis percuſſi violat.*
8 *Iudicandum idem an ſit de futuro inimico, quemadmodum de præſenti.*
9 *Venditio metu facta an poſſit reuocari per titulum. de alie. iud. mutan. cau. fac.*
10 *Confeſſio quando dicatur metu tormentorum facta.*
11 *Confeſſio incarcerati dicitur violenta & non ſpontanea. Carcer eſt ſpecies torturæ.*
12 *Mortuus in carcere dicitur mortuus in cruciatu.*
14 *Tortura quibus modis probetur.* 15. 16.
17 *Potentia in habitu hoc poteſt quòd potentia in actu.*
18 *Tempus ad appellãdum hoc operatur quòd ipſa appellatio.*
19 *Percutiens percutere volentem, qui non percuſſit, an dicatur defenſionis cauſa percutere.*
20 *Mulier quæ à viro vapulauit, ut contra ſtui conſentiret, & poſtmodum præſtitit conſenſum, metu plagarum dicitur conſenſiſſe.*
21 *Metus probatio ex indiciis & probationibus fit.*
22 *Edictum prætoris, quod metus cauſa eſt uox Dei in ore prætoris inſufflata.*
23 *Metus cadens in conſtantem uirum actum eneruat.*
24 *Notarius ſcribens reum coram tortura ſponte confeſſum, falſum cõmittit, & ueniet puniẽdus.*
25 *Non ueriſimile, eſt quædam falſitatis imago.*
26 *Experimentum uerorum ſermonum quale eſt:*
27 *Decuriones, & conſtituti in dignitate torqueri an poſſint. Et quid officio finito* 28. *Et quid de doctoribus.* 29.

*Miles*

30 *Miles pro debito non poteſt carcerari. Et an idem de aduocato & doctore. 31.32.33.*
34 *Onerum impoſitio an extendatur ad doctorem.*
35 *Doctor dicitur in dignitate conſtitutus.*
36 *Milites torqueri an poſſint & quid de doctoribus. 37.*
38 *Torqueri quæ perſonæ non poſſint. 39.40.41.42.43.44.*
45 *Priuilegiũ non torquendi ceſſat in crimine læſæ maieſtatis.*
46 *Confeſſio in tormentis perſonæ torqueri ꝓhibitæ an ualeat.*
47 *Torqueri in quibus cauſis quis poſſit.*
98 xit † qđ conſuetudo excuſat notarios a pœna falſi, quod
dictum refert,& ſequitur Bal.in c.1.in prin. de feu.cog.&
Ludo. Ro. in ſing.ſuo 379. incip.fui interrogatus & idem
tenet.An.de Aret. in tracta. malefi. in verbo, falſario.in
ver.quæro quot modis &c.circa prin.& Bald.in l.1.in 11.
col.C.de cõfeſ.& in l.1.C.de ædili.act.Et idẽ voluit Hoſt.
Ioan.And.& do.Ant.in c.2.ad fi. de fi.inſtru. vbi dicũt,ꝙ
ſi conſuetudo eſt quod contractus prælatorũ ſcribãtur &
 ſigillentur

ſigillentur nomine ipſorum plarorũ per ſuos notatorios
ad hoc deputatos.quãuis ipſi prælati de hoc nihil ſciãt,ta-
men excuſantur ipſi notarii propter talẽ conſuetudinem
pro quibus ẽt facit quod dixit Bald.in l. vnica. C. quæ ſit
lon.conſuetu.in ver.modo ſequitur alia quæſtio.&c.& In
no.in d.c.ſane.de temp.or.& Bal.in l.q̃bus. in pe.char.in
ver.viſo de cauſis. ff. de le. & facit optime qđ voluit Petr.
de An. in conſi. ſuo 272. inci.iure ſtricto & conſuetudine
&c.vbi ſing.conſuluit ꝙ ſtante conſuetudine hic Bononię
ꝙ pueri 16. annorum,& abinde infra faciũt adinuicẽ coa
dunationẽ,& inuicem colluctantur præliando cum lapidi
bus vna pars contra aliã ꝓiiciendo lapides,ꝙ ſi contingat
ꝙ in tali colluctatione vnus aliũ percutiat, vel vulneret,
excuſabitur à pœna,quãuis reſpectu ætatis nõ veniret ex
cuſandus,per l.impuberẽ.ff. de fur. Et hanc doctrinã Pet.
de Anchar.refert & ſequitur Alex.in conſi.ſuo 107.incip.
pro inueſtigatione.in vlti.colum.in 2. vol. Et idem etiam
dixit ipſe Pet.de Anchara.in d.c.cum venerabilis. & eum
etiã refert & ſequitur d.Frã.de Cre.in not. ſuo 149.incip.
mos eſt puerorũ Bononiæ. Et idẽ tenuit Ioan. de Ana.in
c.fœlicis.in fi.prin.extra de tornea.vbi allega. Pet. de An-
chara.in d.conſi.inc.iure ſtricto &c. & idem voluit Barba.
in d.c.cũ venerabilis.in 5.col.de conſue. de quo ẽt per eũ
dem Barba.in c.cum conſuetudinis.in 4.col.de conſue.de
quo latius valde dixi in repe.mea.l.fi.C.de prob.in 6.q.ex
traordinaria.in prin.& in conſ.meo.90.inci.illumina q̃ſo-
domine &c.& in alio meo cõſi.c.incip.ſpiritum ſapientię
cordi meo infunde domine &c.

Sed licet prędicta iura & doctrinę fortiter ſtringãt pro
hac parte,attamen ego ſemper dubitaui, ꝙ iſta nõ habẽt
locũ in cauſa homicidii.& in aliis caſibus a iure diuino pro
hibitis.Nam ius diuinũ prohibet homicidum, vt patet in
10 ꝑceptis,in q̃bus dicitur, Nõ occides &c.abſurdũ enim
videretur qđ conſuetudo tolleret ius diuinũ : quod nec a
quocunque principe humano tolli poteſt.vt in ca.cũ infe-
rior.de maio.& obe.& voluit gl.in l.fi. C. ſi contra ius uel
vti.pub.& in l.1.ff.de conſti.princ. & 25. q. 1. c. cum ſint
quidam.



99 quidã. † Poteſt tamen moderari ius diuinum a principe,
ſecundum gl.in d.c.fina.& Alex. in l. cum mulier.ff.ſolu-
to matrimo.&facit tex.& q̃ ibi dicũtur in c.licet.extra de
100 fer.Pro quo facit, nam ius diuinũ dicitur † ius natura-
le,vt dixit gl.de inſti.de obl.q̃ ex delic.naſcun.in princi.&
101 Alex.in l.Iulia.ff.de condi.&demon.†Et ius naturale nõ
põt tolli principe, nec per eum ſuppleri ſecundum Ang.
in l.adoptio non iure facta.ff.de adop.&volunt alii plures
doc.quos ego retuli in ſingu. meo 79. incip. confirmatio
ſuperioris &c.Et ideo dixit Ang.in l. iniuriarũ. §. ſi. ff. de
iniur.quod conſuetudo quæ cõtradicit iuri diuino natura
102 li, vel gentiũ, † nõ dicitur cõſuetudo ſed potius quædã
vſurpatio,qđ dictum retuli in l.ſi quis ne quæſtio. in 16.
col.in fi.ff.de quæſt. Itẽ ꝙ talis cõſuetudo nõ obſtet,quin
talis occidens nõ puniatur pęna mortis, facit.Nã male ad
103 inuẽta,& malæ † cõſutudines, neque ex longo tempo-
re neque ex longa cõſuetudine cõfirmantur ita dixit tex.
no.in authen.vt nulli iudi.in §.1.in ver.male enim adinuẽ
ta &c.quem tex.alle.Gandi.in tracta.ſuo malefi.in vlt.ru.
in 1.ver.in 2.col.in prin.Pro quibus facit tex.ĩ authen.om
nes peregrini.C.communia.de ſucceſ. vbi glo. alle. d.§.1.
& facit ẽt not.tex.in cle.2.in fi. de rebus eccle. non alie. &
ibi gl.quam not. Pet.de Ancha. & Io. de Imo.Et faciũt ẽt
no.verba Ange.in d §.1.in authen.vt nulli iudi.vbi dixit,
ꝙ mala cõſuetudo quãtuncunque lõgæua,& ab omnibus
obſeruata,nõ debet obſeruari,de q̃bus dixi.in l.ſi quis ne
quæſtio.in 16.col.ff.de quæſt.poſt. med. Ex quibus puto,
ꝙ in caſu homicidii, q̃a homicidiũ eſt contra ius diuinũ,
cõſuetudo mala,& iura ſuperius allegata nõ habeãt locũ:
ſed ſolum habeant locũ in delictis,quæ non ſunt de dire-
cto cõtra ius diuinũ.Sed tñ cogita: q̃a poſſet forte dici,ꝙ
talis cõſuetudo licet ſit mala,excuſaret tñ a pœna homici
dii ĩ caſu ꝓpoſito a Pet.de Anc.in d.cõſ.q̃a ĩ talib.ludis ꝓ
hibitis cõcurrit multitudo puerorũ,ſeu pſonarũ,vt docet
104 quotidiana experiẽtia.Et ꝑꝑ multitudinẽ pſonarũ † idu
diſpẽſatio:vt eſt tex.&ibi gl.ĩ d.c.ſane,de tẽp.or.ad qđ gl.
ibi alle.c.ut cõſtituereẽ.l.diſ.& c.quoties.el 2.1.q.7.& c.co

 meſſationes.

meſſationes.44.diſt. & ca.non poteſt. 24. quæſt. 4. poſtea alleg.vnum carmen ad hoc,videlicet, Ob populũ multũ, crimen pertranſit inultũ.Et hac ratione credo, ꝙ ꝓcedat gl.in d.c.cum venerabilis.& alia ſupra alle.ad q̄ adde quæ dixi in l.qui cædem.& in l.fi.in 8.col.verſic. vlterius adde ꝙ prædicta regula.ff.ad legem Cor. de ſica. Itē illud quod dixi quod cõſuetudo nõ poteſt tollere ius diuinum, quod ius prohibet homicida, vt dixi poteſt dici hoc eſſe verum, quod homicidia non poſſunt concedi ſine cauſa, ſed ex aliqua rationabili cauſa cõcedi poſſunt, & hoc patet in pluribus & pluribus limitationibus, quas dedi in l.1.in prin.ff. de ſica.vbi poſui 25.caſus in q̃bus ex aliqua cauſa homicidium eſt impunibile, ergo eſt ꝑmiſſum.Et ſi aliter diceremus, ſequeretur ꝙ omnia ſtatuta permittētia bannitũ poſſe impune occidi, eſſent nulla.quod non eſt dicendũ.Et caſu quo iura in hoc dubio eſſent varia, tamē inclinādũ eſſet in hanc partē, quod glo.d.c.cum venerabilis haberet locũ in p̄dicto caſu poſito a Petr.de Anch. & ſequa.cũ habeamus quod in dubijs, & obſcuris, ſemper fauendũ ſit reo, & in benigniorem partē inclinādum: vt in reg.in obſcuris. de reg. iur. in 6.cũ multis ſimilibus. Tene menti prædicta, qui ſunt notabilia & multum quotidiana, & lucri plena &c.

## SVMMARIVM.

1 *Executio ſententiæ capitalis quibus modis differatur.n.2.5.et 6.*

3 *Seruus obligatus ad rationes, non prius libertatem ſibi relictam conſequitur, quàm redditis rationibus. Et idem in monacho trāſeũte in aliam regulam.nu.4.*

6 *Artificis inſignis mors differenda eſt.*

7 *Innocentiam rei condemnanti retardat mortis executionem. Et §.ſecunda.nu.30.*

8 *Statutum de contumace pro confeſſo habendo an includat innocentem. Et §.ſecunda.nu. 29.*

9 *Statutum de excludendis exceptionibus, non excludit exceptionē innocentiæ.*





11 *Iudex uidens ſententiam iniuſtam conſcientiæ, poteſt conſulere, & potius cedere officio, quàm illam exequi.*

12 *Innocens qui plectitur pro homicidio, non reuelat homicidam.*

13 *Debitori an aliquo iure ſuccurratur, qui poſt ſententiam reperit inſtrumentum ſolutionis.*

14 *Iudex maleficiorum poteſt ex officio ſuo teſtes examinare à parte non productos, ubi quæritur de partis innocētia, etiam ipſa parte non poſtulante.*

15 *Teſtes domeſtici, & minus idonei ad innocentiam probandam admittuntur.*

16 *Innocentiæ iura multum deferunt.*

17 *Confeſſio de delicto tollitur per innocentiam apparentem.*

18 *Iudex qui innocentem condemnauit, an poſſit eum abſoluere.*

19 *Commentarienſis an poſſit ſine iudicis licentia incarceratum cõtra iuris formam, uel ſtatuti, relaxare.*

20 *Debitor an poſſit impune eripi è manibus capientium, ſi non debeat eam quantitatem, pro qua capitur.*

21 *Sententia lata in cauſa criminali et abſq; principis conſultatione, in quibus caſibus retractari poſſit.nu.22.23.& 26.*

24 *Victor confitens de iniuſtitia ſententiæ, locum reuocationis iudici præbet.*

25 *Sententia lata ex probatione priuilegiata, non tranſit in rem iudicatam.*

27 *Defenſionem iuſtam habens, par eſt innocenti.*

28 *Exceptio incompetentiæ iudicis, an poſſit opponi contra tres ſententias conformes.*

29 *Atteſtationes receptæ à iuriſdictione non habente conſenſu partium ualidari an poſſit.*

30 *Reus die qua Euchariſtiam recipit, non debet plecti.*

31 *Exceptio inadmiſſibilis admittitur, ubi de præiudicio irreparabili, & de executione irretractabili tractatur.nu.76.*

32 *Reus pro delicto alibi commiſſo remitti an debeat ad iudicem loci delicti.nu.35. Et quid in ciuitatibus confœderatis.nu.36.*

33 *Domicilij ratione conueniri an quis poſſit ex contractu ubique celebrato.*

*Remiſſio in contractibus, ad iudicem loci contractus celebrati an fiat.*

37 *Bannitus de vna ciuitate intelligitur bannitus de alia, illi cõfœderata. Et quid de locis ſub eodem dominio contentis. num. 38.*

39 *Pœnæ capitis appellatione an veniat pœna mortis. nu. 50.*
*Pœna capitalis eſt triplex.*

40 *Pœna mitior in dubio intelligitur.*

41 *Statutum an debeat vltra ius commune operari. nu. 42. 43.*

44 *Priuilegium, quod ultra ius commune non operatur, dicitur ius commune non priuilegium.*

45 *Statutum, quod ſecundum ius commune poteſt, exponi interpretandum contra ius commune, vt aliquid operetur.*

46 *Pœna qualitati criminis reſpondere debet.*

47 *Pœna delicto commenſuranda.*

48 *Verba quæ verificantur tam in ciuili quàm in naturali, de qua morte in dubio ſint intelligenda.*

49 *Verba in ſtatutis capiuntur proprie.*

51 *Pœna arbitraria iudici an poſſit imponi vſque ad mortem.*

52 *Appellare prohibitus per ſtatutum, an prohibitus implorare officium iudicis per viam ſupplicationis. nu. 56. 60.*

53 *Probari poteſt non probatum in cauſa recurſus ad ſuperiorem ſicut in cauſa appellationis.*

55 *Officium iudicis & exceptio differunt realiter & eſſentialiter. Et in quibus officium iudicis implorari poſſit nu. 56. 57. 58.*

59 *Minor poteſt reſtitutionem in integrum implorare aduerſus ſententiam, in caſibus in quibus non admittitur apperatio.*

61 *Statutum an poſſit tollere recurſum ad ſuperiorem in cauſis criminalibus.*

62 *Officium iudicis non poteſt per ſtatutum tolli.*

63 *Statutum, quod non poſſit in cauſis criminalibus appellari, an valeat nu. 64.*

65 *Recurſus ad ſuperiorẽ regulatur ſecundum appellationem quantum ad tempus exercitij & terminationis eius.*

66 *Actus ſecundarius a primitiuo regulatur.*

67 *Recurſus ad ſuperiorem in grauamine quantũ tempus habeat.*

68 *Supplicare an, & in quibus caſibus ſit licitum, vbi appellare non licet.*

69 *Contumax verus, qui non poteſt appellare, an poſſit ſupplicare.*

70 *Libellus an requiratur quando iudicis officium imploratur.*

*Recon-*



71 *Reconuentio an habeat locum, quãdo officiũ iudicis imploratur.*

72 *Filiusfamilias ſine licentia patris officium iudicis implorare poteſt. Et quid de emancipato. nu. 73.*

74 *Officium iudicis eſt perpetuum, & perpetuo implorari poteſt.*

75 *Appellari an poſſit ab officio iudicis denegato.*

77 *Exceptio calumnioſa non admittitur in iudicijs ſummarijs. Nec impetrat appellationem. nume. 78. 81. Et ſi ſit admiſſa, non videtur incluſa. 85.*

79 *Iudex poteſt ſupplere pro reo, quando videt euidentem actoris calumniam.*

80 *Remiſſoria ad partes calumnioſe petita non concedenda.*

82 *Cauſa præſumitur in iudice repellente exceptionem calumnioſam. Nec facit ſententiam iniuſtam num. 83.*

84 *Calumnioſe petita deneganda. Et quid euidens calumnia operetur, nu. 86. 87. 88. 89.*

90 *Procurator an poſſit interuenire in inſtituta accuſatione capitali vbi eſt notoria calumnia.*

91 *Omittens producere, vel petere per calumniam non audiendus poſtea niſi refectis expenſis.*

92 *Statutum calumniatorem punire prohibens non valet.*

93 *Calumnia an poſſit quis vti aduerſus calumniantem.*

§. OPportune. Videndum eſt redeundo ad executionem ſententiæ condemnatoriæ latæ contra reum, ꝙ debeat decapitari, vel furca ſuſpendi, vel alia morte mori, & vita priuari: an tunc loquendo de iure communi poſſit aliquibus modis impediri ſeu differri executio ipſius ſententiæ capitalis: In quo dicas quod ſic. Et primo differ-
1 tur executio ſententiæ corporalis quando † opponitur exceptio contra teſtes, qui depoſuerunt in ipſa cauſa capitali: nam interim differtur executio donec cognitum ſit ſuꝑ ipſa exceptione. ita dixit Alber. de Ro. in 1. parte. ſta. q. 57. incip. ſed quid ſi ſubſiſtẽre &c. in verſic. mõ ſuhijcio &c. & Ang. in l. diuus. §. diuus. ff. de pet. hær. & Bal. in l. Lucius. ff. de his q̃ no. infa. & Bal. in l. 1. in fi. C. quo. & quãdo iud. &

 Paul.

Pau de Caſt.in conſ.ſuo 61.incip. duplici reſpectu &c. de
quo etiam per Bartol.in l.ſi teſtamen.ff. de pe.hære. & per
Saly.in l.ſi docueris.C.de ſal.& per Ang.de Are.ĩ trac.ſuo
maleſi.in verb.comparẽt dicti inquiſiti in termino defen
ſionis.in ver.quid ſi dicunt teſtes &c.de quo etiã per Abb.
in conſi.ſuo 16.incip.in præſenti quæſtione in 2.col.in 3.
vol.Hoc tamen limita,& intellige eſſe verum,niſi ſupereſ
ſent tot teſtes,qui ſufficerẽt ad ꝓbandũ delictũ cõtra reũ
quia tunc nõ retardaretur executio,ſm Bald.in l.1.C. de
quæſtio.de quo ẽt per Bal.in l.1.in 7.& 11.col.C. qui ac-
cu.non poſ.& in l.negãda.eo.ti.& per Ang.de Are.in trac.
male.in verb.inchoata & facta. vlt. char.in ver. quid aũt ſi
ſtatuto &c.Et ſic iſte eſt vnus caſus, differendi mortẽ ſeu
executionẽ ſniæ capitalis.Alij etiã ſunt modi: nam execu
tio mortis,ſeu ſententiæ capitalis debet differri donec ip-
2 ſe reus ad mortem cõdẽnatus † reddiderit rationes domi
no ſuo,ꝓ quo negotia geſſit.ita probatẽ in l.1.vbi hoc fir-
mat Bar.& Bal.C.de bo.præſcri.& Bar.& Bald. in l.ſeruo
legato.§.fi.ff. de leg.1.& Bald.in l.ſeruus vni ex hęredibus.
eo.tit.& voluit glo.in c.cum apud Theſſallonicam.11.q.3.
& Lud.Ro.in l.fi.§.1.ff.de publ.& Ang.in l.debitoribus.ff.
de re iud.& Paul.de Ca.in l.ſi maritus.ff.ſo.ma. & Abb.in
c.veniẽs in 4.col.de accu.& Ang.de Are.in tra.male.in ver
& ibi caput a ſpatulis amputetẽ 15.char. in ver.q̃ro aliquis
&c.ad qđ uide ẽt Bar.in l.2.§.1.ff.de cuſt.reo.& ibi alios ꝓ
quibus faciunt dicta per Bal.in l.1.circa fi.C.de communi
3 ſeruo manu.vbi dicit, ꝙ ſeruus obligatus † ad ratiocinia
nõ peruenit ad libertatẽ ſibi relictã niſi redditis rõnibus.
4 Et idẽ dicit eſſe in monacho ratiociniis ſubdito:† quia nõ
põt tranſire:ad arctiorẽ regulam,niſi redditis rationibus.
Itẽ eſt etiam alius modus differendi mortem, videlicet, ꝙ
5 ſi aliq̃s eſt decapitãdus ꝓ vno crimine, ꝙ accuſetẽ de † alio
grauiori crimine:nã tali caſu prima executio differtur do
nec cognitũ ſit de alio grauiori crimine.Ita dixit Bar. in l.
2.in §.qui exibendi.circa fi.ff.de cuſt.reo.qđ dictũ refert &
ſequitur Lu.Ro.in ſing.ſuo 560. incip. ſuſcipe vnam &c.
& ibi dicit de hoc eſſe text.in l.1.§.fi.ff.nil noua.ap.pẽ.Pro
quo



quo facit dictum Ang.in l.q prior.ff.de iudi.vbi dicit, ꝙ ſi
inferatur grauis controuerſia ciuilis,ad hoc vt ſuperſedea
tur ſuper illa;cautela eſt,ꝙ fiat accuſatio criminalis: quia
tunc ſuſpendetẽ in ciuili quantuncunq; primo mora fuerit
alleg.tex.in l.fi.C.de or.cog.& facit gl.in d.c.cũ apud Theſ
ſalonicã. 11.q.3.Et facit optime tex.in l. item Mela. in §.
Celſus.ff.ad l.Aquil.vbi dr̃, qđ ſi aliquis vulnerauerit Ti-
tium mortaliter, & poſtea quidam alius reiterauit ictũ cũ
perditione vitæ,qđ ceſſabit inquiſitio contra primũ,& ſe
cundus tenebitur:& ſic maius delictũ facit ceſſare minus,
ad qđ etiã eſt tex.in l.huic ſcripturæ. in §.ſi ſeruus.eo. tit.
Et illũ text.in d.§ celſus.allegauit pro not.& ſing.Lud.Ro.
ĩ ſing.256.inci.quidã fuit vulneratus &c.& d. Frã.de Cre.
in no.ſuo.55.incip.quidã malus aduocatus &c. ad qđ vide
tñ Io.de Ana.in c.ſignificaſti.el.2.in 4.col. in ver. & patet
etiam extra de homi.& Bal.in l.1.ĩ 7.col.C. qui accu. non
poſ.vbi videntur limitare d.l.item Mela.in §.Celſus.& vi-
de text. contrarium in l.ita vulneratus in §.1. ff.ad legem.
Aquil.Alius eſt etiam modus differendi mortem rei con-
demnati,videlicet,vt fiat probatio iudici, ꝙ talis reus con
dẽnatus eſſet inſignis artifex in aliquo exercitio,ſeu artifi
6 cio:† quia tũc dẽt ius mors differri.ita dixit tex.quem om
nes dicunt ſing.in l.ad beſtias.ff.de pœ.quẽ text.ad hoc al
leg.Lud.Rom.in ſing.ſuo 717.poteſtas vnius loci.de quo
ẽt late per d.Bar.Cęp.in caute.ſua 2.vbi.etiã hoc limitat,
quẽ vide. Et de illo text.d.l.ad beſtias.vide etiam do.Fely.
in c.illud.de maio.& obe vt ego retuli in l.qui falſam.ĩ ma
teria falſæ monetæ.ff.de fal.Alios ẽt modos differẽdi mor
tẽ ponit Cep.in caute. ſua 4. Nã vltra ſupradictos modos
dicit,ꝙ alia eſt via,videlicet,ꝙ appelletur à ſententia con
tra reũ lata,quia tunc differetur executio.alleg. no.in l. &
in maioribus.C.de appel.& in l.non tantũ.ff. de app. & in
c.de appellationibus.eod.tit. & ſic dicit ꝙ iſto caſu differẽ
executio capitalis:imo ſecundum eũ, ſi iudex nollet eam
differre,ſed illam exequi poterit ipſe reus eximi de mani-
bus famliæ iudicis ꝑ quoſcunq; appellãtes, ẽt ſine aliqua
pœna.ad qđ alleg.Ang.in l.adictos.C.de appel. & Imol.in
c.ſi

c.ſi quando in ver.reſiſtere.de offi.deleg.& idem ſecũdum eum tenet Angel. de Aret.inſtit.de actio.in §.pœnales. in ver.adde ꝙ eximens captum &c.Quod dicit eſſe verũ,niſi reus eſſet latro manifeſtus.ad quod alle.l.ſi q̃s filio exhæredato.in §.ſi quis autem.ff.de iniuſto teſt.& adducit ẽt not. per Inno.& alios in c.1.de conſti.& Bal.in d.l.actiuos.Sed vt dixi,hoc tantum procederet de iure communi,nõ autẽ de iure municipali.Et ideo iſte modus hodie parũ ꝓdeſſet: quia hodie ſunt ſtatuta per Italiã prohibentia appellationẽ in ſimilibus ſnĩjs . Alius eſt etiam modus, in quo mors impoſita alicui a ſuperiore põt differri.quem caſum ponit idem Cep.in d.caut.4.uidelicet, qñ princeps, vel ſuperior mandat quem puniri ſeueriori pęna,quẽ ſit eius conſuetudo:nam tunc nõ debet fieri incontinenti executio, ſed debet differri per 30.dies,ut eſt caſus no.in l.ſi uendicari.C. dę pœ.pro quo etiam alleg.tex.in c.ſi quando.de reſcript. & gl.in auth.de mand.prin.in §.denique.uerſ. nuntiandũ. & glo.in c.1.in uerbo,noſcatur.ad fin. de conſti. libr.6.& glo.in c.2.de fil.præsby. & quod not. Angel. in authen.ut deter.ſit nu.cle. Alius etiam eſt modus differendi mortem ſm eum ubi ſupra uidelicet,ꝙ reus,qui eſt condẽnatus ad mortẽ fingat ſe furioſum:quia tũc non poterit capitaliter puniri,ẽt de delicto ante furorẽ cõmiſſo.ad quod etiam allegat Bald.& Aluarotum in c.1. in titu. an ille qui interfe. fratrem domini ſui.in uſi.feu.quod tamen dicit ꝓcedere, niſi appareat de fictione furoris.allegt. tex.ad hoc in l.obſeruare.de cu.fu.& l.diuus.ff.de of.præſi.de quo dixi in l.1. in 10.limita.ad illum tex.ff.de ſic.Dubito tamẽ ꝙ iſte modus non ſit ſecurus,per ea quæ dixi in repe.mea l.ſi.C. de ꝓb. in quæſtion.illa extraordinaria,uidelicet,an furioſus cõmittens delictum puniatur,ubi de hoc late locutus ſum. Alium etiam modũ ponit Cep.ubi ſupra uidelicet, ꝙ reus poſt delictum cõmiſſum efficiatur clericus: quia tunc non poterit puniri ꝑ iudicẽ laicũ.allegat Io.An. in c.1.de obli. ad ratioci.& alios plures doct.de quibꝰ ibi per eũ.Sed iſte modus non mihi placet,qm̃ poſt ſententiã cõdemnatoriã non datur reo condẽnato tempus, nec facultas faciendi ſe

cle-



clericũ.Itẽ etiã,quia ille,qui eſt laicus,et poteſt delictũ cõmiſſum fecit ſe clericũ, dr̃ hoc facere ĩ fraudẽ,ideo ſibi nõ prodeſt,nec eũ releuat,vt dixi late in d.repe.mea.l.ſi.C.de proba.ĩ illa quæſtione extra ordinaria,videlicet,an reꝰ cõmittẽs delictum,& poſtea ingrediens religionem,poſſit puniri per iudicem laicũ.Vide tamẽ quæ in materia iſta alias dixi in l.data opera.poſt med .C. qui accuſ.nõ poſ. & quæ etiam dixi in con.meo incipiẽ . Domine Deus omnipotẽs cui omne cor patet &c. quod eſt 49.in ordine.circa me.in verſic.alia etiam ratione dicta aſſerta &c. Item ſecundũ d. Barth.Cæpol.vbi ſupra alius eſt caſus ſeu modus differẽdi mortem,videlicet,quando cõdẽnata eſſet mulier ad mortem,quæ eſſet grauida, ſeu prægnans:nã iſto caſu nõ poterit fieri executio cõtra eam, imo nec etiam poſſet torq̃ri, vt dixi ſupra in.§.nunc videndum,numero 47.& 48.& ipſe domi. Bartho. plura dicit, & plura allega.circa materiã mulieris prægnantis , de quibus ibi per eum . Ego autem vltra.do.Bartho. Cæpo. in dictis locis dico, qđ alij etiam ſunt modi differendi mortem cõdemnato capitaliter : nã
7 quãdo conſtat de innocẽtia rei cõdemnati, ſuſpẽdit † ſeu retardatur executio mortis.ita probatur ĩ l.1.§.fi.ff.de q̃ſt. & ibi dixi in 15.col.in verſi.quinimo fortius &c.vbi dixi, ꝙ ſi poſt confeſſionem rei,& poſt condẽnationem ſuã liquet de innocenia ſua,ꝙ tunc nõ debet cõtra eũ fieri executio corporalis.ita dixit Inno. quem ibi ſequit doct.o.in c. ſignificantibus. in fi. de purga. vulga. & etiã voluit Bal. ſequendo Inno.in c.vnico.in vlti.col.C.de cõfeſ.et d.Feli. in c.conſanguinei.in 1.col.de re iudi.Pro quo faciũt dicta per Specu.& Ioan. And.ibi in addi.in tit.de accuſ.in 4.parte in.§.ſequitur videre.in 9.col.verſi. ſed pone,A. vbi omnino vide.& vide quæ dixi in ſing.meo .72. inci.per totã fere Italiam &c.& in d.l.1.§.fin.in 15.col.ff. de quæſtio.& vide Cepo.in caute.ſua 68.incip.in cauſa criminali. & eũdem in conſi.ſuo.1. in 3.col. circa mediũ. & vide omnino Iaſo.in l.is qui.in 3.& 5.col.§.qui teſta. face. poſ. & Bald. in l.aditos.in fin.C.de epiſco.audien.& Angel.in conſ.ſuo. 308.incip.factum tale eſt, Chriſtophorus Petri &c.in vl-

ti.

ti.col.poſt me.& Lu.Ro.in rep.rub.ff.de arb.in 8.cha. in
ul.col.circa fi.Et poſtquam ſumus in materia innocētię,
nolo omittere aliqua notabilia in materia ipſius innocē
tiæ,quæ ſunt perpetua memoria digna,quæ hic congruē
tius cadunt,q̃ in alia parte huius operis . Et ideo ſcias,ꝙ
8 licet ex forma ſtatuti contumax habetur pro † confeſſo,
tñ ſi liquet iudici talem abſentem contumacem eſſe inno
centem & non culpabilem,licet ſit contumax,iudex non
pōt nec debet eum condemnare,ita ſing.dixit Bar.in con
ſi.ſuo 100.inc.à dño Cyno de Bononia.in ult.col. per l. ſi
non defendantur.ff.de pœn.ita etiam colligitur ex uerbis
Bal.in rub.C.de manumiſ.uin.& uoluit d.Barth.Cœp.in
conſi.ſuo 49.inc.quamquam.in ul.col.& in caut.ſua 354.
inc.ſimilem cautelam.& in caut.68.inc.in cauſa crimina-
li,Pro quibus optimè faciunt dicta per gl.Bar.& doct.in l.
ubi pactum.C.de tranſa.& per Bar.& docto.in l. ſeruum
quoque.in §.publice.ff.de proc.& in l.pe. in §. ad crimen.
ff.de pu.iu.& per Cępo.in conſi.ſuo 29.inc.uiſo proceſſu.
in antep.col.& per Gand in tra.maleſi.ſub rub.de quæſt.
& tor.circa quintam col.uerſi.ſed quid erit de quæſtione
&c.Guid.de Suz.in tract.ſuo de tormentis.in 10.col.uer
ſi.ſed quid de quæſtione.ad quæ uide etiam d.Fran.de A-
re.in conſi.ſuo 147.inc.uiſa conſultatione.in 3. & 4.col.
& Alex.in conſi.73.inc.in cauſa appel.&c.ante fi.in 6.vo.
Item ſcias,& non tradas obliuioni,quod ſi ſtatutum ex-
9 cludit omnes exceptiones, non † excludit exceptionem
innocentiæ.ita ſing.dixit Bal.in l.edita. in rep. Paduana.
in pe.col.C.de eden.quod dictum pro ualde no.refert &
ſeq.Ioan.de Anan.in conſi.ſuo 59.inc.uiſa inquiſit. & d.
Alex.in conſi.ſuo 119.inc.uiſo themate.in 2.col.in 5.uo.
quod etiam uoluit Bal.in l.1.in §.offidius.in pen.col.ff.ne
quis eum qui &c.& Ang.in conſi.174.inc.in facto prępo
nitur.& idem firmat d.Alex.in apoſt.ad Bar.in l.1.in §.&
parui.circa fin.ff.quod ui aut clam.de quo etiam latius di
xi in ſingu.meo.59.incip. innocentibus iura ſubueniunt
10 &c.† Et ſcias quòd quando conſtat iudici de innocentia
rei condemnati,tunc iudex cognoſcens talem ſententiā,
&



& condemnationem eſſe iniuſtam,nō debet eam exequi.
ita dixit Angel.& Imo.in l.a diuo Pio.in antepenul.col.ff.
de re iudic.Ad ꝙ vide etiam not.verbum Ang.in l.fin. C.
de execut.rei iudi.& quæ ego dixi in ſingula.meo 138.in-
cipient. iudex &c. in fin.& Iaſ. in §.ſi minus.in 6.& 7.col.
inſtit.de actio.& do.Philip.Dec.in l.& ſi nihil.ff. de regul.
iuris.& ſi princeps conſultus reſcribit ſententiam omni-
no eſſe exequendam,obediendum eſt ei,ſecundum Barto.
in d.l.a diuo Pio.in §.ſententiam.in 2.col.& voluit d. Ant.
& Ioan.de Imol. in c.1.de offic.ordi.quos refert & ſequi-
tur.d.Felyn.in c.conſanguinei.in 1.col.de re iudic. vbi di-
cit,ꝙ iudex videns ſententiam iniuſtam, poteſt conſulere
11 † conſcientiæ ſuæ, & illam non exequi,ſed potius renun-
tiare officio.de quo etiam dicit dixiſſe in c.paſtoralis.in §.
quia vero.de offic.delega.& alia plura dicit ibi in materia.
Vlterius circa hanc materiam innocentiæ etiam quæri po
teſt: ſi aliquo caſu innocens eſt punitus, & poſtea reperi-
12 tur verus delinquens, † vtrum euitet pœnam? in quo di-
cas ꝙ non,ſed imo etiam ipſe punietur.ita dicit tex.no. in
l. qui ſeruum. ff. de interrog. actio. & ita etiam dicit Bald.
per illum textus.in l.res inter alios acta. C.qui res iu. non
noc.in fi.& dicit Bald.in d.l.qui ſeruum.nota ꝙ ſi non ho-
micida eſſet decapitatus pro homicidio, ꝙ hoc nō releuat
verum homicidā: quod dicit eſſe notandū,& idem dixit ip
ſe Bal.in c.1.in §.iniuria.in vlt.col.de pa.iur.fir.in vſi.feud.
& idem dixit Abb.in c.quamuis.in 2.col.in verſi.ſeptimo
quæro.de re iudic.vbi alleg.d.l.qui ſeruum.& Bald.in l.res
inter alios.C.q. res iu.nō no.& quæ voluit Cyn.in l.1.C.
qui accu.non poſ.& idē dixit Angel.Are.in trac.maleſi.in
verbo,dandis & ſoluendis.in finalibus verbis.vbi dicit ita
voluiſſe Ang.in l.quoties.§.1.ff.ſolu.mat.& hoc per text.ī
d.l.qui ſeruum.& idē etiam tenuit Ludo.Roma.in l.ſemel
mora.ff.ſolut.matri.& pro iſtis faciunt dicta per Bald in l.
1.in 9.col.verſi.ſed quid dices.C.de confeſ.& per eundem
in l.duob.§.1.ff. de iureiur. & faciunt etiā optime dicta ꝑ
Bal.in l.1.in 2.col.verſi.tertio quæritur.C.de condi. inde.
13 vbi quæritur † an aliquo iure ſuccurratur ei,qui poſt ſen-
ſententiam

tentiam condemnatoriam reperit inſtrumentũ ſolutiõis? de quo ibi per eum:& vide etiam do Anton.Corſe.in ſuis nota.in verſicu.homicidium.de quo dixi ego in l.1.§.fi.in 16.colum.ff.de quæſtio.Item ſcias etiam circa hanc mate-
14 riam innocẽtiæ, quod iudex maleficiorum † poteſt ex officio ſuo examinare teſtes à parte nõ productos, vbi quæritur de ĩnocẽtia partis, etiã ipſa parte nõ poſtulãte. ita dicit Bart. in l.1.in §.fin.circa princip.ff.de quęſt. ad quod allega.illum text.& l.2.C. de obli. & l. ſi nõ defendantur. ff.de pœ. & dicit ſe hoc diſputaſſe, & feciſſe etiam de hoc mentionem in l.4.in §. hoc autem iudicium .ff. de dam. in fe.Ego autem in d.l.1.§.fin.in 1.col.ff.de quæſtio.dixi,ꝙ licet hoc dictũ ſit in ſe verum nõ tamen probatur in illo tex. ſed melius probatur in d.l.ſi non defendantur.qđ dictũ ẽt firmauit ipſe Bart.in l.2.in 2.col.C.de eden.& in l.fi. ĩ vlt. col.ff.de fer.vbi alleg.ad hoc tex.in l.vnius.§.cogniturum ff.de quæſti.& tex. in d.l.ſi nõ defendãtur. & tex.ĩ d.l.1.§. fi.ff.de quæſt.& ſimiliter minime hoc probat tex.ĩ d.§.cogniturum.imo cõtrariũ potius videtur innuere ille text. in veſ.reo poſtulante.& idem etiam voluit ipſe Bar.in cõſilio ſuo 107. incip. viſis omnibus &c. & ĩ cõſilio incip. à domino Cyno.&c.in vlti.col.& voluit Bar. in l.penul.§.ad crimen.in 5.col.ff.de pub.iu.& Paul.de Caſtr. in conſ.33. incip. ſuper primo, in prin. ſecundæ colum. & in conſilio 107.incip.ſuper primo.in vlti.col.verſi. ſupra quinto.vbi etiam allegat.d.l.ſi non defendantur. & alia de quibus ibi per eum.& idem etiam tenet Barto.in l.abſentem. in vlti. col.ff.de pœ.vbi etiam allega.tex. pro hoc in authen.q ſemel in verſi.perquiſita veritate.C.quomodo & quãdo iu. & ea quæ dixit Innoc. in cap. veniens. de accuſa.& voluit Salyc.in l.2.C.de aboli. & Barba.in c.2.cum P.in 4. colũ. de accuſa. & Ioan.de Ana. in conſilio ſuo 59. incip. viſa inquiſitiona.in 1.colum.& do.Franciſ de Aret.in con.ſuo 142.inci.viſa conſultatione.in 3.& 4. colum. vbi ſing. loq tur.ad quæ etiamvide quæ dixi ſupra,in §.tunc videndum.
15 nume.7.†Item ſcias ꝙ ad probandã innocẽtiã admittuntur teſtes domeſtici,& minus idonei, ſecundum Specula.ĩ titu.



titu.de inquiſitione.§.1.ver.ſed nunquid reus. quod dictũ refert,& ſequitur Ioan.de Ana.in d.conſi.ſuo 59.& dom. Alex.in conſi. ſuo 24. inci. animaduerſis. in 13. col. in 2. volu.& hoc etiam voluit Ioã.And.& Bald. in addi.in d.§. ſed nunquid reus.& do.Flori.in l.teſtis idoneus.ĩ vlti.col. ff.de teſti.Item ſcias ꝙ adeo iura fauent innocẽtibꝰ,& ino-
16 cenciæ, ꝙ quilibet admittitur † ad probandũ innocentiã accuſati,vel inquiſiti, etiã abſentis & ignorantis. ita dixit Paul.de Caſt.ĩ cõſi.ſuo 207.incip.ſuper primo &c.ĩ vlt.colum.verſi.ſuper quinto &c. de quo etiã dixi in l. vnius.ĩ.§. cogniturũ.in 11.col.ff.de quæſtio.Item ſcias etiã,ꝙ quan-
17 do apparet de innocentia rei,tolliť ſeu annullať eius † cõfeſſio,quam fecit de delicto.ita ſingu.dicit Bal.in cõſi.ſuo 171.inci.tres ſunt caſus &c. in 6. volu. alleg.l. creditor.in §.iuſſus.C.de ap.& l.fin.C.de erro.aduo.& Cy.ĩ l.2.C.quorum ap.nõ recip.de quo dixi in l.1.§.fin.in 17.col.ante fi. ff.de quæſt.circa quam materiam innocẽtiæ vide do.Philip.Deci.in l.& ſi nihil.ff.de regu.iur. Vlteriꝰ ſcias, ꝙ licet quando conſtat de innocentia rei non debet contra eum exequi ſententia corporalis, vt dixi ſupra:attamẽ iudex,q
18 eum cõdemnauit, † nõ poteſt eũ abſoluere, vt ĩ d.l.1.§.fi. ff.de quæſt. ſed debet ſuperſedere, & hoc ſcribere prĩcipi ita dixit Bartol.in d.l.1.§.fina.ff.de quæſtio.& dicit etiã ꝓcedere in ciuitatibus recognoſcentibus ſuperiorẽ, quia ſimiliter iudex in talibus ciuitatibus debebit ſupſedere, & reſcribere regentibus ciuitatẽ:de quo dixi ĩ d.l.1.§.fi.ĩ 15. col.ff. de qõ.Pro quo facit ĩ ſimili:nã ſi aliquis fuit ĩdebite carceratus nõ ſeruata forma iuris,vel ſtatutorum,adeo ꝙ
19 captura ſit nulla,& debeat ſtatim relaxari:† nõ poterit tamẽ hoc fieri à cuſtode carceris ſine licentia iudicis . ita dixit Pet.de Anchara.in conſi.ſuo 341. ĩcip. viſo themate.ĩ fin.Et facit etiam in arg.quod dicitur videlicet, qđ ſi ex mandato iudicis aliquis fuit captus pro debito centum li-
20 brarum,ſi tñ non ſit debitor tantæ quantitatis, † attamẽ eximens eum à manibus familiæ cadit in pœnam, etiam ſi velit oſtendere,quod exemptus nõ erat debitor verus illius quantitatis.ita dixit Angel.in l.ſed eximendi.in §.1.ff. ne

ne quis eum, qui in ius voc.eſt vi eximat.quē refert & ſe-
quitur do.Barth.Cepo.in conſi.ſuo 14.incip.ꝓ declaratio
ne &c.in 4.col.circa me.ad quod vide etiam, quæ dixi in-
fra,in.§.attingā.nu.47.48.& 49.Et adde,ꝙ licet in prędi-
cto caſu innocentiæ nō liceat iudici ſine licentia ſuꝑioris
abſoluere reum capitaliter condēnatū, ſi ex poſt cōſtet de
innocētia ſua.Attamē ſunt aliqui caſus,ī quibꝰ retractari
pōt ſentētia lata in cauſa criminali, etiam poſt decenniū,
21 etiam abſq; principis conſultatione,vel gratia.† Vnus eſt
caſus: vbicunque ſententia fuit pretextu alicuiꝰ præſum
ptionis,nā tūc retractat̄,ex alia pręſumptiōe fortiori ſimi
lis ſpeciei ſuperueniente.caſus eſt ſing. ſecundū Bal.ī l.qui
adul.C.de adul.& ita tenet Pe.de Anch.in reg. ſemel ma-
lus.de regu.iur.in 6.& voluit Ludoui.Rō. in l.admonēdi.
circa prin.de iureiu.& in l.ſi ab hoſtibus.in prin. in 4.col.
ff.ſolu.matri.& idem tenet Ioan.Andr.in addit. Specu.in
tit.de homi.ī §.1.verſi. pone &c.& ibi refert Gui.de Suza.
ita tenere.& voluit do.Ant.in c.ꝓpoſuiſti.de proba.ubi ꝓ
hoc adducit.c.2.de purga.vulga.& c.licet cauſam.de prob.
& idem firmat Ludo.Rom.in l.cum quidā.in §.qđ dicitur.
ff.de acqui.hære. & Bal.in d.l.ſi ab hoſtibus. vbi inquit,ꝙ
ſi imperitus medicus teſtificatur, & iudex ſecundū eius te
ſtimonium fert ſententiam, à qua nō fuit appellatū: & po
ſtea per teſtimoniū peritorū medicorū apparet cōtrariū,
ꝙ tunc reuocabitur dicta ſentētia perinde ac ſi lata fuiſſet
per falſas probationes,ut habetur in l.diuus.ff.de re iu. &
in toto tit.C.ſi ex fal.inſtru.& in c.licet cauſam. de ꝓbat.
quod dictū dicit dom.Alexā.in d.l. ſi ab hoſtibꝰ eſſe mira-
bile.& allegat alios tenentes hanc partē.& ſubdit ipſe do.
Alexā.ꝙ propter hoc ſingulariſſime infert dom.Anto.ī d.
22 c. ꝓpoſuiſti. ꝙ ſentētia lata † ex ſentātia vnius doctoris:
vt puta ſi ſtatutum arctat ad ferendum ſententiam ſecun-
dum conſiliū periti in arte, ꝙ poterit ſemper ſine appella-
tione retractari,ſi conſiliū peritioris in contrariū habeat̄.
ꝙ ēt ſecundū eum tenuit Lud.Ro.in d.l. cum quidā.in d.§.
quod dicitur.ff.de acqui.hær. & reprobat do.Alexand.ibi
Abb.tenentem contrarium in d.c.propoſuiſti. & reſpōdet
contrariis



contrarijs per eum adductis.Sed tu ultra dom.Alex.dicas,
ꝙ idē tenet do.Fran.de Are.in d.c.propoſuiſti.in pen.col.
de proba.vbi vide do.Fely.in pe.col.& d. Fran. de Are.in
c.de his.in 1.col.de accu.vbi etiam ponit duos caſus, quos
infra referam:in quibus ſententia lata retractatur abſque
conſultatione,vel gratia principis:quos ponit dom. Fely.
in c.conſanguinei.ante fi.de re iud.vbi refert do.Franc. de
Are.in dictis locis.ad quē ēt vide quę ego dixi in ſing.meo
427.incip.plures &c.Alius eſt etiam caſus, in quo ſenten-
tia retractatur ſine conſultatione,vel gratia principis,vide
licet, quando ſententia lata afficeretur notorie iniqua:
23 † vt puta ſi cōdemnaretur aliquis ꝓ Titio occiſo. & poſt
ſententiam appareret Titium viuere: vel ſi condemnaret̄
aliquis pro furto,& poſtea reperirētur res furatæ pœnes
alium,& ipſe fateretur ſe furatū eſſe illas: iſto caſu retra-
ctaretur talis ſentētia ſine facto principis. & ad hoc alleg.
tex.in d.c.2.de purg.vulg.ſecundum vnum intellectum. ꝓ
quo etiā alleg.tex.in l.inde Neratius.in fi.ff.ad leg. Aquil.
& quod tradit.Bar.per illum tex.in l.abſentem.ff.de pœ.&
Bal.in l.contra negantē ſeu in l.ex morte.C.ad leg.Aquil.
Et iſti addere potes.c.ſolicitudinem,& quæ ibi habentur
de ap.& dictum Ioan.in c.quia pleriq;.circa prin.de imm.
24 eccle.vbi dixit.ꝙ ſi victor cōfitetur † de iniuſtitia ſnīæ,re-
uocatur,non obſtante ꝙ tranſiuerit in rē iudicatam, quā
doctrinam refert & ſequitur d.Anto.in c. is qui fidem. de
ſponſa.& in c.quanto.de præſump. & Abb. in c.nouit. de
iudi.& do.Anto.& Imo.in c. quoniam contra de proba. &
do.Fely.in c.inter cæteras.in 4.col.de re iud.Subdit tamen
do.Fely.in d.c.conſanguinei, ꝙ ēt in hoc caſu tutius eſſet
conſulere ſuperiorem.ad quod alleg.Sal.in l.1.in 6.col.C.
qui accu.non poſ.& Imo.in l.is qui reus in antepe.char.ff.
de pu.iu.de quibus ego latius dixi in d.l.1.in §.fi.in 17.col.
ff.de quæſt.Alius eſt etiam caſus ſimilis, in quo ſententia
retractatur ſine facto,vel dicto principis; qui caſus eſt qñ
ſententia lata eſt ex probatione priuilegiata,q̄ licet de iu-
re non teneat,eſt tñ valida priuilegio ſtatuti,vel conſuetu
dinis:puta ſi extat ſtatutū, ꝙ contumax habeatur ꝓ cōfeſ

ſo: ſententia enim lata ex probatione priuilegiata, nõ trã
25 ſit in rẽ iud. † ſecundum Inno. in c. tua. de coha. cle. & mu.
quem ſequitur Ang. in l. fi. C. ſen. reſcin. nõ poſ. de qbus ẽt
per Abb. in cap. 2. de purga. uulga. & per dom. Franciſ. de
Are. in cap. propoſuiſti. de proba. & per Lud. Roma. i l. ad
monendi. ubi etiam per domi. Alex. in pric. ff. de iureiurã.
ubi etiã dicit, ꝙ etiam in cauſis ciuilibus quãdoque ſen-
tentia reuocatur ſine facto ſuperioris. & iedeo dicit quod
quando lata eſt ſñia uirtute iuramenti neceſſarii delati in
defectum probationis, ſuperuenientibus poſtea inſtru-
26 mentis nouiter repertis, per quę † ſolo poteſt ſufficiẽter
probari de iniuſtitia ſentẽtię, reuocatur tũc talis ſentẽtia
de quo ibi latius per eum. Et circa hanc materiam ſeten-
tiæ latæ ex probatione priuilegiata vide omnino quę ego
dixi in ſing. meo 72. inci. per totã fere Italiam &c. Et Ab-
ba. in d. c. 2. de pur. vulg. & iſta omnia retuli in d. l. 1. §. fin.
in 17. col. de quæſtio. Modo redeũdo ad materiã innocen
27 tię. † Scias ꝙ innocẽti par eſt, qui habet iuſtã defenſionẽ.
ita dixit Bald. in l. 2. C. qui teſta. fa. poſ. & Paul. de Caſt. in
l. ſi quis filio. §. hi autem. ff. de iniuſt. teſt. adqđ all. bonum
tex. in l. lex Iulia. in fin. ff. ad leg. Iul. repe. & idem dixit
Bal. in ſuo reperto. in uerbo, iudex. in 3. col. in uerſi. iudex
faciens executionem. & Bal. in l. adiectos. in 1. col. C. de
epiſcop. audi. Pro quo faciunt dicta per Catal. i tracta. ſuo
ſyndica. in uerſi. 507. incip. adde, ꝙ paria ſunt &c. Modo
redeundo ad caſus, ſeu modos differendi mortem condẽ-
nati: dico ꝙ alius eſt modus ſecundũ me, uidelicet, ut oſtẽ
datur defectus iuriſdictionis iudicis: nã tunc nedũ retarda
bitur executio ſententiæ capitalis, ſed imo annullabit ipſa
ſententia in totum. Ad quod dicẽdum moueor ꝑ glo. ſin
28 gu. in cle. 1. de ſeque. poſ. & fru. quæ dixit, † ꝙ licet cõtra
tres ſentẽtias cõformes nõ poſſit opponi aliqua exceptio,
ſed illæ debeat mitti executioni, ut habetur in cle. 1. de re
iud. attamen poterit opponi exceptio icõpetẽtiæ iudicis:
quã gloſſ. referunt & ſequuntur doct. in pluribus & diuerſis
locis, quos accumulate retuli in ſing. meo 10. incip. tu ſcis
&c. Pro qbus facit quod voluit dom. Feli. in c. cũ cauſam. i





14. colum. uerſi. fallit ſecundo. extra de teſt. ubi dixit ꝙ li
29 cet alias † atteſtationes inualidæ poſſint conſenſu partiũ
ualidari: tamen hoc fallit, ſi ſint inualidæ, quia ſint rece-
ptæ à iuriſdõne carente, quia tunc non poterunt ualida-
ri conſenſu partium, ad quod all. Do. de Ro. de quo ibi la
tius per eum. Et circa hanc materiam differendi mortem
30 rei cõdemnati ad mortem, teneas menti, ꝙ ea die, qua † ip
ſe reus recipit corpus Chriſti, non debet tradi morti: ſed
differri executio ſententiæ capitalis in alia die, ita dixit
Hoſt. in ſum. in ti. de immu. ecc. in §. inquantum. in 3. col.
in uer. ſed cum eccleſia. ubi etiam ſubdit per uerbum for
te, ꝙ differri debebit per tres dies poſtquam recepit cor
pus Chriſti: de quo ibi latius per eum. Et iſti ſunt modi
differendi mortem rei condemnati ad mortem, quos huc
uſq; reperi de quibus ẽt dixi in rep. mea. l. fin. C. de prob.
in ul. q. & uideas d. Alex. in l. debitorib. ff. de re iud. & glo.
in c. cum apud Theſſalonicam. 1. q. 3. & doc. in c. quæren-
ti. de off. del. & Io. de Imo. in l. ſi is qui reus. ff. de pub. iud.
in antep. col. & Pet. de Anc. in c. ueniens. de accu. & Io. de
Ana. in c. 2. de his qui fil. oc. & Bar. in l. diuus. ff. de extraor.
cri. & Sal. in l. ſatis aperte. C. de fal. Et ultra præmiſſa te-
31 neas etiam menti, ꝙ admittitur † exceptio, ubi alias non
admitteretur quando tractatur de præiudicio irreparabi
li, & de executione irretractabili, ut in terminis noſtris,
ita dixit Pau. de Leaz. in cle. 1. de re iud. quem refert & ſe
quitur ibi Pe. de Anc. quos refert & ſeq. d. Alex. in conſi.
17. inc. requiſitus. in 4. col. in 1. uol. ubi dicit, ꝙ idem uo-
luit Bal. poſt Cy. in l. ab executione. in 2. col. C. quorum
app. non recip. & Bald. in l. eum qui duas. C. de adul. & in
l. ſi feriatis. ff. de fer. & Imo. in l. qui à latronibus. ff. de te-
ſta. & in l. 3. in §. Sempronius. ff. de acq. poſſ. & in l. non ſo-
lum. in §. morte. ff. de noui ope. nun. & Bald. in l. 1. ff. de in
integ. reſt. uer. præterea ne aliquid &c. Iſtis modo expedi
tis quæri poteſt de notabili, & quotidiano dubio, uideli-
32 cet † an reus captus, & carceratus pro delicto alibi cõmiſ
ſo ante cõdemnationem uel poſt, debeat remitti ad locũ
delicti, & ad iudicem illius loci, ubi deliquit: in quo vĩ di

cendum ꝙ talis reus debeat remitti ad locũ delicti.& hoc per tex.in §.ſi quis vero comprehenſorũ in authen.vt nulli iudi. vbi text. imponit neceſſitatem iudici, qui cœpit reum, vt eum remittat ad iudicem loci cõmiſſi delicti, vt puniatur vbi deliquit. ad quod etiam facit tex.ĩ c.1. extra de rapt.vbi text. videtur imponere iudici, ꝙ eũ non retineat,ſed remittat.& ad idem facit tex. in cap. ſi ille 23. q. 4. vbi text.dicit ibi, vindicetur iniuria, vbi plectibilis eſt orta præſumptio.Et facit etiã tex.in c.ſi peccauerit.2.q.1. vbi text.dicit:vbi contingit malum,ibi nutriatur.Itẽ pro hac parte facit:nam cõgruit bono iudici expurgare ꝓuinciam malis hominibus,vt in l.cõgruit.ff.de offi. Præſi.quare cum propter delictũ territoriũ ſuum, & eius reſpublica offendatur:ergo ad ipſum eſt fienda remiſſio, vt ceteri ad ipſum reum punitum intuentes abſtineãt ſe à delictis, vt dicit tex.ĩ authentic.vt iudi.ſine quoquo.ſuffra.ĩ §.ſi qs autẽ.vbi eſt bonus tex. ꝓ hac parte.in ver. ipſe vbi iniuſtiam fecerit,illic quoq; pœnas ſubeat &c.& idẽ dicit text. in l. capitaliũ.in.§. famoſos.ff. de pœnis. Itẽ pro hac parte eſt tex.in authen.vt oẽs obed.iudi.in §.cõſiderantes. ĩ verſic.vt vnuſquiſque,in qua prouincia deliquit, illic etiã iuri ſubiaceat.& ad idẽ eſt tex.in l.ſi cui.in §.idẽ imperator. & in l.ſi.ff.de accuſa.& voluit gloſſ.in c.fina. de foro cõpe. Sed cõtra prædicta ꝙ nõ debeat talis re⁹ remitti ad locũ delicti,facit text.in c.ſi.de for. competẽti vbi text.ſimpliciter vult, ꝙ iudex domicilij poſſit punire reũ de delictis vbique cõmiſſis.Itẽ pro hac parte facit:nam ratione domicilii poteſt quis † cõueniri ex cõtractu vbique celebrato,
33 vt in ca.fina.extra de foro competẽti ergo eodẽ modo ratione delicti.Itẽ ſi eſſet fienda remiſſio, fruſtra iura loquẽtia de domicilio eſſent facta.& hanc opini.tenet gl.in l.1. & ſecunda. C.vbi de crimine agi oportet.Quid ergo dicẽdũ? reperio ꝙ Ioann.Cal.hanc quæſtionẽ late examinauit in repetitio.cap.1.de rapto. & Petrus de Anchara. in cap. poſtulaſti.de foro compe. & Abb.in cap.final.de foro. cõpeteti & in conſilio ſuo 24. incip. Rodulphus ciuis Corneti &c.in 1. volu. Tu dicas qđ aut iudex loci delicti non petit





petit hanc remiſſionem:& tũc illa non eſt neceſſario faciẽda: & tunc iudex domicilii qui vult cognoſcere, vel iudex loci vbi reperitur reus,poſſũt licite cognoſcere,& punire, vt habetur in d.l.prima.C. vbi de crimine agi oportet ſecũdum vnũ intellectum, quẽ ſequitur ibi Bar. Aut à iudice delicti petitur fieri remiſſio: & hoc caſu in leuiorib⁹ delictis:aut agiẽ ciuiliter,& nõ tenetur remittere ſecũdũ Ioã. Cal.in d.ſua repe.d. cap.1. de rap.quoniã remiſſio ad locũ delicti fit, vt ibi puniatur, & eius pœna tranſeat aliis in exemplum:quæ ratio ceſſat,vbi agitur ciuiliter.Si vero agitur criminaliter,& delictum ſit atrox.glo.in clem.ſecunda de re iudi. primo concludit, ꝙ remiſſio ſit fienda ex neceſſitate,non ex vrbanitate, vt voluit Cyn. & cõmuniter docto.in dict.authenti.qua in prouincia.& Bartol.l.ſi cui. ff.de accuſa. poſtea dicit illa glo. ꝙ licet iudex requiſitus noluerit remittere,nõ tamẽ poterit puniri à iudice reqrẽte:quia par in parem nõ habet imperium.ſed debebit requirens agere coram ſuperiore cõtra requiſitũ. Item dicit Ioan.Cal.in d.c.1.de rapto.ꝙ aut delinquẽs eſt capt⁹ ĩ loco domicilii, & hoc caſu iudex, qui habet reũ ſolum tenetur ex vrbanitate illũ remittere ad locum delicti: ſed non remittens nõ debet puniri, neque cõueniri. Et dicit Ioan.Cal.ĩ d.c.1.de rapto. ꝙ quando eſſemus ĩ caſu,ĩ quo eſſet fienda remiſſio,& cognoſceretur,ꝙ remiſſio peteretur, vt in loco remiſſionis reus nõ deberet puniri,ꝙ tũc nõ deberet fieri remiſſio:qa delicta remanerẽt ĩpũita,ꝙ eſſe nõ debet,iurib. vulgarib.qđ eſt ſumme notandũ,cũ occurrat quandoq;de facto. Itẽ Ioan.Cal. circa hanc materiã facit alias diſtinctiones,quas oẽs ſi adducere vellẽ, ſtarem forte per tres lectiones,ideo videas eum in d.c.1.de rapto.& ibi Ioan. de Ana. late loquentẽ circa hoc. Et de hac materia an,& quando fiat remiſſio rei capti.& carcerati ꝓ delicto vltra prædictos vide Alexan.in l. à diuo Pio.ĩ §. ſententiam.per totum.ff.de re iudi. & Ang.in l. hæres abſens.ĩ §.primo.in 2.col.ff.de iudi.& Gandy. in tracta. malefi.in tit.de cita.in vlti.co.circa prin.& dom.Maria.Soci.in c.poſtulaſti.in 10.colum.de foro cõpe.& dom. Rochũ Curtiũ in

in c.fin.in 15.col.extra de conſue.& ibi in 124. col.& Lu-
doui.Bolo.in conſil.57.in 2.colum.& Anto.Corſetum in
no.ſuis,in uerbo,remiſſio.& Iacob.de Belui.in ſua practi
ca iudiciaria cauſarũ criminalium . ſub rub. de fuga reo-
34 rum.in 12.colum.Quid autem † in cõtractibus an fiat re
miſſio?uide Alex.in l.1.in 1.col.ff.ſi quis in ius uo. non ie
rit.& Corſe.in no.ſuis,in uerbo , contumacia.la 2. Et te-
35 neas mẽti,ꝙ hodie de conſuetudine totius Italiæ † in cri
minalibus nõ fit remiſſio rei criminis capti ĩ uno loco ad
locũ cõmiſſi delicti.ita dicit Bart.& Alexan.in l.ſepulchri
uiolati.in ſecũda col.ff.de ſepul.uio.& Bald.in l. 1.in 6.co
lum.C.de hæred.inſtitut.& uoluit Abb. in conſi. ſuo 24.
incip.Rodulphus ciuis Corneti &c.in 2. & 3. col. 1.uol.&
Ang.de Areti.in tract.ſuo maleficio.in uerbo,q iudex cõ-
miſit ꝙ Gayus &c.in ult.col.in uerſic.incip.quæro an cita
tione &c.& uide Baldum in l.prima in 1.col.C.ubi de cri
mine agi oportet.in uer. ſed nũ quid hodie &c. & Bald.in
l.ſenatus.poſt medi.C.qui accuſa.non poſſunt. Scias etiã
ꝙ licet de iure,uel de cõſuetudine non eſſet facienda re-
36 miſſio in aliquo caſu : tñ † ſi ſunt duæ ciuitates confœ-
deratæ adinuicẽ,& unus cõmittat delictum in una ipſarũ
& poſtea aufugiat ad aliã,poterit ibi capi,& puniri. l.non
dubio.in fi.ff.de ca.Et iõ caueant malefactores ne ad ter-
ras cõfœderatas cõfugiãt.qa poterunt ibi puniri. ita dixit
d.Catal.in tractatu ſuo ſynd.ĩ uerſ.211.inci.adde ꝙ ſi ſint
&c.& uoluit Bald.in reperto.ſuo.in uerbo,delinquens.in
2.col.in uerſ.delinquens in aliqua terra. & Cardin. Alex.
in cap.1.in §.conuenticulas.in ultim.col. de pace iuramẽ.
fir.ubi ſingulariter loquitur in materia cõfęderationis.Et
idẽ uoluit Iaſ.in l.ubi pactũ.in 6. col. in uerſ.limita , niſi
offenderet &c.C.de trãſactio. & Baldus in additio.Specu
lator.in tit.de cõpe.iudi.adi.in uerſ.an ratione delicti &c.
in fi.licet cõtrarium uideatur tenere Bal. in l. executorẽ.
in 8.colum.in uerſ.ſed quæro quid de ciuitatibus.C.de ex
ceptio.rei iudic.& Socinus in conſi.86.incip.uiſo capitu-
lo.in 2.colum. in 4. uolum. attamen pro prima opinione
37 facit.Nã bannitus de una ciuitate,† intelligitur ẽt banni





tus de alia ciuitate illi confœderata,ſecundum d.Nell.in
tract.bannitorum.in 2.par.ſecun.tempo.q.36.inci. duæ
ciuitates &c.& uoluit Bal.in l. etiam.ante fi.C. de iu.dot.
& Alex.in l.ſi conuenerit.in §.ſi nuda.ff.de pig. act. Pro
38 quo facit: quia † bannitus de uno loco, cenſetur bannitus
de omnibus locis, quæ ſunt ſub eodem dominio, ſecun-
dum Alb.de Roſ.in auth.qua in prouincia.C. ubi de cri.
agi opo.Pro quibus faciunt optimè dicta per Bal.in rub.
C.de fi.inſt.in fi.& quę ego dixi etiam latius infra in hoc
opere,in materia bannitorum.in uer. conſequenter quæ
ri poteſt.& dixi in rep.mea.l.1.C.de rap.uirg.in nu.128.
& ibi in nu.123.ubi examinaui materiam hanc , quando
habeat locum remiſſio in cauſis criminalibus, & ciuilib.
& ibi adduxi ad literam omnia ſuperius adducta.De qua
materia generalius loquendo, an & quando habeat locũ
remiſſio in ciuilibus uel criminalib.ultra ſupra dicta uide
cano.in c.Romana.in §.contrahentes.de fo.comp.Bar.&
doct.in l.hæres abſens in §.ſi quis.ff.de iud.Bar. in l.1.in
fi.ff.de eo ꝙ cer.lo.glo.& doct.in l.1.ff. ſi quis in ius uoca.
non ie.Bal.in l.eum Archimidoram.C.ut in poſſ.leg.do-
cto.in authen.& qui iurat.C.de bo.aut.iud.poſſ.Card.in
clem.2.in §.denique.in 11.quæſt.de re iud.Specu.in ti.de
primo & ſecundo decreto.§.nunc uideamus. in uerſic. &
nota.& per Bal.in l.conſentaneum.in 8.no.C.quo. & qñ
iud.& Pau.de Ca.in conſ.146.inc.in puncto præſenti&c.
Inn.& Io.And.in c.tuam.de ord.cog.in nouel. Bart. in l.
Titia.ff.ſo.ma.& ibi do.Alex.in 3.col.& do.Bald.in addi.
Specu.in tit.de remiſſione.in uerſicu.nota,quòd remiſſio
&c.& Inno.in c.cum M Ferrarien.in ul.col.uerſi. ſed cer
te.de conſt.do.Bald in Marga.ſua.in uerb.petitio.in uer-
ſicu.3.& Specu.in titu.de dilat.§.1.uerſicu. ſed dices qua-
re &c.& do.Bald.in rubr.C.de fide inſtrum.ad fi.Bal.in l.
2.in 9.col.uer.ſed nunquid.C.de ſer.fug.do.Bald.in l.om
nes.in §.1.C.de epiſcop.& cle.Bald.in l.Abarſa coram. in
1.nota.C.de fideiuſſor.dom.Bald.in addi.Specu.in tit. de
compe.iudi.adi.uerſi.iudex originis. & in uerſic. malefa-
ctor &c.idem Bald.in c.ſi iudex.de pace tenen.in uerſicu.

ſed quæro d.Bal. in l. fi.in vlti.col.C.ſi a non compe.iudi.
Ioan.Andr.in c.cum æterni.de re iudi.in nouella.& Old.
in conſ.124.d.Bal.in l.2.C.manda.& in c.1.de cõtro.apud
pares termi. Et in dictis locis docto. ponunt plures quæ-
ſtiones in hac materia remiſſionis delinquentium,& etiã
in materia contractuum,quando in illis. & ſic in ciuilibus
cauſis fiat remiſſio. Vlterius videndũ eſt de alio dubio,vi-
delicet,iudex in ſententia diffinitiua cõdemnatoria dicit;
talẽ reum condemnamus in pœna capitis, vel in pœnã ca
39 pitalẽ:an hoc caſu intelligatur de pęna mortis:& ſic † an
appellatione pęnæ capitis,veniat neceſſario pęna mortis:
in quo dicas ꝙ nõ,eo.quia pęna capitalis eſt triplex:vna ꝑ
quam imponitur pęna mortis: alia per quã perditur liber
tas:alia eſt pœna exilij.vt habetur in l.2.ff.de publ.iudi.&
in l.capitaliũ.ff.de pœnis. & in l.1. C.de falſa mo.vnde in
40 dubio intelligitur de mitiori † pœna,vt eſt tex.in l.ſi prę
ſes.ff.de pœnis.& in l.penul.eodem titu. & in c. hæc autẽ.
in §.pœnæ.de pœniten.diſtin.1.& ĩ l.ſemper.ff.de reg.iur.
& in regula,ſemper in obſcuris.de reg.iur. in ſexto. Et ꝙ
appellatione pœnæ capitis nõ veniat pęna mortis, eſt gl.
quæ ſolet allegari ꝑ ſing.in l.1.C. ne mancip.Chriſtianũ.
ſed alia tñ eſt ſimilis in l.ne frumentũ. & hoc ibi tenet d.
Bald.& Salic.C.quæ res ven.nõ poſſunt.& alia eſt in l.trã
ſigere.C.de tranſac. hoc ẽt probat tex. in l. hos accuſare,
in §.omnibus.in verbo,capitis.& ibi glo.de accuſa.& tex.
in l.cum patronum.ff.de iure patrona. & probat tex.in l.
ꝑſenti.in prin.C.de his qui ad eccleſi.cõfu. vbi imperator
videns non ſufficere eſſe factã mentionẽ, ſeu expreſſionẽ
de pœna capitali:qa ex hoc de neceſſiate non inferebatur
de pœna mortis:iõ ſibi ſubmiſit,capitali, & vltimi ſuppli
cii.Et idem probat text.in l.eos §. ſuper his. C. de appella.
& tex.in l.qui cũ maior.in §.is demum. ff. de bon. liber.&
tex.in l.edicto §.1. ff. de bonorũ poſſeſſio. vbi bonus tex.
& in l.capitaliũ.in princ.ff.de pœnis.& tex.in d. l. 2. ff.de
publicis iudi.Et pro iſtis facit quod voluit Cyn. in l. 1.C.
de fal.vbi in propriis quæſtionibus noſtris dicit, qđ pęna
capitalis interpretãda eſt in mitiorẽ partem,vt cõprehen
dat



dat deportationẽ,& nõ mortem naturalem.allegat l.ſi de interpretatione.ff.de pœnis. Et hãc partem, ꝙ appellatione pœnæ capitis nõ intelligatur in dubio de pęna mortis, tenuit Ioan.And. in c.4. de iureiuran. ad fi. vbi refert qđ Ioannes gloſſator ſemel euaſit quendã a pœna mortis,ꝗ fabricauerit falſam monetã,qui de iure debebat capite puniri:& idẽ voluit Ioã.de Imo.in l.2.ff. de publi.iudic.in 5. col.ubi ẽt firmat in ſtatu.dicente, quod ſit pœna capitis: quod dicit eſſe notan.Et hanc partem etiã firmat do. Alexand.in conſi.ſuo. 339. incip. in cauſa inquiſitionis formatæ,contra dominũ &c.in vlti. colum. & in conſil. 121. incip.viſo proceſſu &c.in 1.colum.in 7.vol. & ibi in conſi.119.incip.uiſo &c.in 1.colum.& do. Felyn. in c.ex literis.in 11.col. de conſtitu. & idem voluit Angel.de Areti. in tract.maleſi.in verbo,& ibi caput à ſpatulis amputetur. in ver.quid ſi ſtatutũ. Et hãc partem tenuit quidã excellẽtiſſimus doctor.Bononiẽſis, qui fuit pręceptor do.Ale.de Imo.qui vocabatur,d.Gaſpar.de Arengheria,in quodam ſuo conſi.qđ fecit apud Ferrariã in materia falſę monetę: qđ ſuũ conſi.incipit,ſtatutũ loquens &c.& idẽ voluit Sali.in l.2.C.de falſa mo.vbi approbat dictum Ioan.And.in d.c.quãto.& idem ẽt firmat Rapha. Fulg. in d.l. præſenti. de his q ad eccle.confu.vbi refert Oldra. dicere, quod ex hoc aſſeſſores practicãt,qđ in ſententiis capitalibus vltimi ſupplicii apponantur illa verba, videlicet, Taliter ꝙ moriatur,& anima a corpore ſeparetur: & iſta eſt vera & cõmunis opinio,licet in contrariũ uideãtur tex.aliqui.primo tex.in l.relegati.cum gl.ff.de pęn.tex.in l.ſacculariĩ.in §.ſunt quædam. ff. de extraordi. cri. text. in l. lege Iulia. §.fina.ff. ad leg. Iulia. repetunda. tex t. in l.licet la.2.ff.de uerbo. ſignifica. Tene tamen primam opinio. tanquam æquiorẽ, & magis communem: Quæ opinio poſſet forte limitari,& reſtringi.primo niſi pro illo crimine lex ciuilis imponeret pœnã capitis, uel pœnam capitalem:& poſtea etiam ſtatutũ pro eodẽ crimine ſimiliter imponeret pęnã capitis, uel pęnam capitalem: nam iſto caſu credo quod intelligeretur tale ſtatutũ de pęna mortis, & ultimi

mi

41 mi ſupplicii:& hoc vt ſtatutũ continens id,qđ ius † commune,operetur aliquid vltra ius commune. argumen.l. ſi
quando.in princi.ff.de leg.1.& c.ſi Papa.de priuileg. in 6.
& voluit Bald.in l.4.in §.prætor.ff. de damno infect. & in
l.2.ff.de vſucap.& probatur in cap.ex parte. lo vltimo. &
ibi illum text.põderat domi.Anto. de verbo. ſignificatio.
.& in cap.cum dilectus.& in cap.ſequen.per illum text. de
cleri.non reſi.& in cap.paſtoralis. & ibi not. Abb. de appella.& Cõpo.in cap.cauſam quæ,de reſcript. & Ioan.Andræ.in additio. Specu. in ti.de clericis. non reſi. in rub. &
Angel.in authen.de exhi.reis in princi.& domi.Anton.in
cap.1.de reſcript.& in c.cauſam.de dolo. & contu.&Bald.
in l.non ſunt liberi.ff.de ſtat.homi.& in l.2.C. quomo.&
quando iud.& in cap.1.de mili.vaſ.qui cont. eſt per gloſſ.
ibi,in verſic.tertio.& hoc firmat domi.Alexã. in con. ſuo
119.incip.viſo proceſſu.in 1.col.vbi alleg.prædictos doct.
in dictis locis.Ex quibus infero, quod licet ſententia faciens mẽtionẽ de pœna capitis nõ cõprehẽdat pœnã mortis,vt dixi:attamẽ ſi iudex in ipſa ſententia diceret,ꝙ talẽ
reum condemnat ad pœnã capitalem ſecundũ formã iuris,& ſtatutorũ, ꝙ hoc caſu talis ſententia cõtineret pœnã
mortis & vltimi ſupplicii, vt ſtatutũ aliquid operaret vl-
42 tra ius cõmune,vt dixi.Pro quo faciunt † nã licet ad hoc
vt quis cadat in pœnam nõ faciendo requiratur monitio
vt faciat,alias non cadat in pœnam, vt dixi ſupra in.§.nũc
videndum num.4.& in l.patre uel marito.in 6.col.ff.de q̃
ſtio.tamen quãdo quis promittit,vel obligatꝰ eſt ad aliqđ
faciendum ex particulari obligatione,& etiã ſtatutum arctat eum ad illud faciẽdũ: tunc vt ſtatutum aliquid operetur,tenetur illud facere ſine monitione,alias cadit i pœnã
ita dixit Fede.de Senis in cõſi.ſuo 104.incip.ꝙ nõ fecit reſidentiam &c.quẽ ſequitur do.Anto.& Abb. in c. quoniã
freqenter.in.§.porro.in 6.col.vt lite nõ conteſt.& Soci. in
conſi.ſuo 133.inci.profecto &c.in fin.verbis.in 1.volu.Et
facit etiam glo.not. in auth.de exhib. reis.in §. ſancimus.
quam ibi ſumme no.Angel.qui dixit, ꝙ licet habẽs iuſtã
43 cauſã litigãdi,non † condemnet in expẽſis ſi ſuccũbat,vt
habetur



habetur in l.qui inſolidum. in.§.etiã. ff.de.leg.2. & in l.eũ
quem temere.ff. de iudi. & in c. finem litibus. de dolo et
contu.cum ſimi.tamen hoc fallit,niſi in loco iudicii extet
ſtatutũ,quod victus victori condemnetur in expẽſis:qa nõ
obſtante iuſta cauſa litigandi,condemnabitur in expenſis
ſuccũbens:& hoc vigore ſtatuti,vt aliquid operetur,& aliquid addat iuri cõmuni.& illam gloſſ.etiã refert,& ſeqtur
Alexand.in conſi.ſuo 257. incipien. uiſo proceſſu. in fin.
& in conſil. 153. incipient. uiſo puncto. in fin. uerbis. in
5.uolumi. & domi. Franc.de Cre.in no.ſuo 120. incip.habens iuſtam cauſam &c.& Ang. in l. non ſolum. ff. de rei
vendi. & illam glo. communiter tenent doc.licet Bal.aliter tenuerit in l.terminato.C.de fru.& lit.expẽſ. & Raph.
Ful.in conſ.140.inci.præſuppoſitis duobus ſtatutis,per totum.& alleg.doct.in dictis locis illam rationem, videlicet,
vt ſtatutum aliquid addat iuri communi, & aliquid operetur vltra ipſum ius commune. de quo etiam per Barba.in
quodam conſi.ſuo incip.præpoſita mihi &c. de quo latius
dixi in l.patre vel marito.in 6.col.ff.de quæſtio. Item pro
hac limitatione mea facit etiam notabi. verbum Anto.de
But.in cap.1.in 3.col.extra de reſcrip. vbi dixit,ꝙ ille,cui
concesſum eſt per reſcriptum, † ſeu priuilegium, ꝙ poſ-
44 ſit appellare,quod ad hoc, vt tale reſcriptum,ſeu priuilegium aliquid operetur vltra ius cõmune,quod poterit tertio appellare:& ratio vt dixi eſt, ut reſcriptum ſeu priuilegium aliquid operetur vltra ius cõe, alias ſi nihil operaret
ſtatutũ vltra ius cõe,diceretur ius cõe,non ſtatutũ: vt dixit Bal.in l.3.in fi.ff.de leg.1.de quo etiã per Ang.& Imol.
in l.ſtipulatio.verſi.niſi.ff.de verb. oblig. & per Barto.in l.
1.ff.ad legem falcid.& per text.in l.1.C. de theſau.lib.10.
& per glo.in cap.1. de conſtit. in 6. & per Bartol.in l. 4.§.
prætor. in 3.colum.ff. de dam.infect. Quinimio ſtatutum
debet taliter interpretari in dubio,vt aliquid addat iuricõmuni.Et ideo dixit Ioan.de Imo. in l.ſi uero.§.de uiro.in
4.colum.ff.ſoluto matrimo.ꝙ quando ſtatutum poteſt aliquid operari interpretando illud ſecundum ius cõmune,
tunc exponitur ſecũdũ ius cõmune: ſed ſi nihil poſſet operari,

45 rari, interpretatur cõtra ius † cõmune, vt aliquid operã
retur.& ideo dixit Bald.in l.2.C.quomodo. & quãdo iud.
in vlti. colum. quod ſtatutũ dicens debere quẽ citari ter,
operatur, vt nõ ſufficiat vna citatio pro omnibus, vt aliqd
addat iuri communi.&idem dixit ipſe Bal.in c.pen.de mi
li.vaſ.qui contumax eſt.&in l.nõ ſunt liberi.ff.de ſtat.ho.
quẽ refert & ſequitur.domi.Felyn.in rub. de præſcr. in 2.
colum.de quibus etiam dixi.in d.l.patre.vel marito. in 7.
colum.ff.de quæſtio. Poteſt etiam aliter limitari illa con
cluſio ſuperius firmata, videlicet, ꝙ appellatione pœnæ ca
pitalis nõ vẽit neceſſario pœna mortis : & ideo iudex ſim
pliciter cõdemnans reum in pœna capitis, nõ intelligitur
de pœna mortis, & vltimi ſupplicij: hoc eſt verum, niſi cri
men pro quo eſt condemnatus, ſit puniendũ de iure pœna
mortis, & vltimi ſupplicij: qa tũc ſententia iudicis ſimpli
citer dicens, quod condemnat eũ in pœna capitis, intelli
gitur de pęna mortis & vltimi ſupplicij: & hoc quia pœna
46 debet correſpondere qualitati criminis, † vt in c. non af
feramus.24.quæſtio.1.& l. reſpiciendum.ff.de pœni.& fa
cit authenti.omnes peregrini.C.cõmunia de ſucceſ.vbi di
47 citur, † quod pœna eſt commenſuranda delicto. & ad idẽ
eſt text.in l.1.§.ſed & qui.ff.de abigeis. &.§. ſi quis autem
per donationem.in authen.de non alien.& in c. felicis.in
§.cæterum.de pœnis.in 6.& in c.quæſiuit.de his quæ fiunt
à maio.par.capi.& ſcribitur Deutero.cap.25. Iuxta men-
ſuram delicti, erit plagarum modus.de quo dixi in repeti.
mea.l.1.C.de rapt.virgi.nume.256. & in l.fina. in 10.col.
ff. de ſicca. Præterea contra ſupradictam concluſionem
48 facit multum: nã vbi verba † poſſunt verificari tã in mor
te ciuili, quã naturali, in dubio intelligitur de naturali.l.
ex ea parte.§.inſulam.ff.de verbo.obligatio.l. cum pater.
§.hæreditatem.ff.de leg.2.l.Statius.§.Corne.ff.de iu.fiſc.c.
ſuſceptum.& ibi per doct.de reſcr.in 6. Et uerba ſemper
capiuntur in potiori ſignificatu.l.1.§.1.ff.ſi ager vect. vel
emphy.pet.cap.ſi quem. de ſententia excõmunica. & dixi
in repet. mea l.de vnoquoque. in prin.ff. de re. iudica. Et
49 in ſtatutis † verba capiuntur proprie.l.3.§. hæc verba.&
ibi



ibi Bartol.ff.de nego.geſt.c.ĩ noſtra.& ibi Innocẽ.de iiur.
pœna autem capitis intelligit proprie de morte naturali,
50 et improprie de morte † ciuili, ſecundũ gloſ. ſecundã ĩ l.
tranſigere .C. de tranſactio. Ex quo ſequit, qđ plura iura
loquentia de pœna capitis, intelligitur de morte naturali,
& non de morte ciuili, qđ eſt notandũ ĩtellectu l.ſaccula-
rii.in §.ſunt quidam. in verſi. vſque ad pœnã capitis.ff.de
extraordina.crimi.& l.1.in verſi.punitur capite. eo. titu.
& l.1.in verbo, capite puniatur.C.de fal. mo. & in l.capi-
talium.in.§.ſolent.in verbo, capite plectendi ff.de pœn.&
l.1.in verſicu.capite punitur.C.de eunuch.& ĩ l. nemo.in
verſicu.ſupplicio capitis &c.C.de malefi.in l. præſenti.C.
de his qui eccleſi. conf.in l. deſertorem. in.§. in bello .ff.
de re milita.in verſic.capite punitur &c.Et iſta omnia po-
nit do.Felyn.in c.ex literis in 12.colum.extra de conſtitu.
vbi etiam latiſſime examinat quæſtionẽ illam, videlicet,
51 † quando pœna eſt arbitraria iudici: an tunc poſſit illã im
ponere vſque ad mortẽ incluſiue, de qua dicã infra. Quæ
ro vlterius: vidimus ſupra ſententiam capitalẽ cõdemna-
toriam contra reum. Item vidimus plures modos differẽ
di executionem ipſius ſentẽtiæ. Modo quæro: quia cõmu-
niter ꝑ Italiã ſunt ſtatuta prohibentia appellationẽ ĩ cau
ſis capitalibus: an dicta prohibitione nõ obſtãte, poſſit ali
qua via ſuccurri tali reo condemnato ad mortem? In quo
dicas quod ſic, quia ille, qui prohibetur appellare, nõ pro
hibetur implorare officiũ iudicis: ergo talis reus vt ſupra
52 cõdemnatus, licet nõ poſſit appellare, † poterit tamẽ im-
plorare officiũ iudicis ꝑ viã ſupplicationis, & recurſus ad
ſuperiorem, qui ſuperior cõſiderata æquitate debebit an
nuere tali petitioni. ita dixit Ludoui.Romã. in conſ.325.
incipien. quo ad primum &c. in vlti. colum. vbi dicit, ꝙ
quamuis aliqua conſtitutio excludat generaliter quodcũ-
que remedium, nunquam tamẽ intelligit excludere im-
plorationem officij ſuperioris, qui cõſiderata æquitate ei
officium debet annuere imploranti: ad qđ alleg.l.1.§.quæ
ſitum.ff.de ſepara.& l.plane. & l. fin.ff. de peti. hæredi. &
idem voluit Bartol. in l. 1. §. & parui. ff. quod vi aut
clam.

clā.& Bal.& Ang.in d.l.plane.& in d.l.fi.de pe.hęr.& d.Anc.
in c.itē cū quis.de reſ.ſpo.& Pe.de Anc.in cle.1.de ca.poſ.&
prop.& in rep.c.canonū ſtatuta.in 83.col.in uerſ.ſubdit qđ
licet.extra de cōſt.& idē uoluit Io.de Imo.in l.ſi.ff.a qui.ap.
non lic& idē uoluit ipſe Io.de Imo.in conſi.145.inc.uiſis ac
diligenter.in 2.& 5.col.Et idē uoluit Alex.in conſi.ſuo 113.
inc.uiſo themate.in ul.col.in 5.uol.& in conſi.435.inc.in cā
dñæ Bartholomææ de blancheris.in j.co.ubi ad hoc all.Bal.
in l.fi.ad fi.C.de tēp.ap.& ibi Sal.& Pau.de Leaz.in cle.1. de
ſeq.poſ.& fru.& Im.in c.ex literis.de reſt.in integ. & Io. de
Imo.in l.ex conſenſu.in §.fi.ff.de app. Et idem uoluit Io. de
Imo.in conſi.146.inc.in cā nauis.in 6.co.in uer.& iō cū ſimi
63 li.& ibi dicit not.uerbū,† ꝙ in cā recurſus ad ſuperiorē nō
dᵉbatū pōt ꝓbari, & nō deductū deduci,ſicut in cā appella-
tionis.iuxta l.ꝑ hanc.C.de tēp.ap. Itē ultra ꝑdicta,ꝙ ſtatutū
tollens appellationē,non tollat recurſum ad ſuperiorē per
uiam ſupplicationis,uel querelæ, uoluit Abb.in c. ex parte.
el 2.de off.del.& uoluit Iaſ.in l.ubi pactū.in 5.col.C.de tran
ſa.& in l.1.in 7.col.ff.de iur.om.iu.ubi ſing.dixit, ꝙ ſi ex for
54 ma ſtatuti in cā ciuili †nullus debet admitti ad aliquam ex-
ceptionē opponendā,niſi reus perſonaliter cōpareat,qđ po
terit tñ implorari offm̄ iud. ut ipſe iudex capiat informatio
nes,ꝙ ipſe inquiſitus eſt clericus, uel ꝙ ille occiſus erat ban
nitus,& ex forma ſtatuti poterat impune occidi. & dicit ꝙ
Ang.in d.l.plane.ff.de pe.hær.dicit ꝙ iſta pract. eſt uſus inſi
55 nitis uicib.& all.ad hoc alios plures doc.dicētes,† ꝙ ille,qui
ex forma ſtatu.nō admittiť ad excipiēdū niſi ſatiſdet,qđ pōt
implorare offm̄ iudicis,cū offm̄ iudicis,& exceptio differant
realiter & eſſentialiter,ſ͠m eū.Itē all.ēt Alb.de Ro. poſt Iac.
56 Bu.in d.l.fi.de pe.hær.vbi dicunt,†ꝙ ſtante ſtatu. ꝙ in cā ca
pitali non admittať aliquis ꝓcurator ad aliq̄ exceptionē uel
declinatoriā oppoſitionē ꝓponendā,ſed principalis debeat ꝑ
ſonaliter cōparere,ꝙ ſi ꝓcurator cōpareat, nō debet oppo-
nere exceptionē,nec declinatoriā, ſed implorare offm̄ iud.
all.ēt ipſe Iaſ.vbi ſup.Spe.& Io. And.in ti.de inſt.edi.§.fi.uer.
ſed quid ſi debitor.ubi dicit, ꝙ ſi pars renūciauit ꝓductioni
teſtiū,vel inſtrōrū cū iurō,ꝙ renūciatio ualet.c.ſi uero.de iu.
iu.tñ debet ꝓcurare teſtes recipi ex offō iud.& hoc ēt uoluit
Io.de



Io.de Imo.in c.2.de prob.& Lap.in c.quāuis. de pac.in 6. &
Alex.in auth.iubemus.C.de iud.ſed poterat ēt allegare Flo.
in l.ſi irruptione.in §.ad offm̄.in 3.co.uer.per quę iura.ff.fi.
57 reg. Adducit ēt Iaſ.ubi ſup.†ꝙ ſi alicui eſt ꝑcluſa uia excipiē
di:puta,qa lapſus ē terminus ſtatutus à iudice uel a lege,uel
iā eſt lata ſnīa,ꝙ pōt tñ implorari offm̄ iud. ut ſe īformet de
tali exceptione,& iō aduocatus dēt eſſe cautus ī hoc ſ͠m An
ge.Fulg.& Mode.in l.nā & poſtea.in §.ſi dānetur.ad fi. ff. de
iu.iu.ubi dixit,ꝙ iſtud eſt tenendū fixū mēti, ut nunq̄ exeat
de memoria.adducit ēt Iaſ.in d.l.1.in 8.col.ff.de iur.om.iud.
58 Bal.in l.ſi ex cautione.in 9.q.C.de non nu.pe.ubi dixit,† ꝙ
ſi exceptio non num. pecuniæ, uel non numeratæ dotis non
pōt amplius opponi:puta,ꝑꝑ lapſum tp̄is: tñ offm̄ iud. in lo
cū illius exceptionis deficiētis pt implorari. & idē tenet Bal.
in l in cōtractib.in prin.in 3.no.e.ti.C.de non nu.pe.& Bal.
in l.illicitas.in prin.per illū tex.ff.de off.pſi.Et ſubdit Iaſ.ubi
ſup. ꝙ iſta faciūt cōtra Bal.in l.cauſæ.l1 1.in prin.ff.de min.
vbi dixit,ꝙ ſi ex forma ſtatuti contra inſtrm̄ publ.nulla pōt
opponi exceptio,an poſſit peti reſtō ī integ.a minore cōtra
tale inſtrm̄ vť finaliter tenere ꝙ nō:tñ dicit ipſe Iaſ.ſe puta-
re indubitāter cōtrariū ꝑ ſupradicta,cū in integrū reſtō ve-
niat offō iudicis:vñ excluſa quacūq; exceptiōe ex forma ſta
tuti,nō tñ intelligiť excluſū offm̄ iud.ut dcm̄ ē. & multo mi
nus in minore,ꝑ id qđ vult gl.ſing.in l.poſtq̄ liti. in gl.fi.C.
de pac.q̄ dixit,ꝙ in gñali excluſione nunq̄ intelligitur exclu
di bñficio reſtōnis in integ.cōpetēs minori.Et facit gl.no.ī
59 in l.1.in gl.pe.C.ſi de mo.poſ.fuerit ap.†q̄ dixit,ꝙ in caſib.
in qb.nō admittiť appellatio,pōt tñ minor implorare reſtō
nē in integ.aduerſus talē ſnīam,ad qđ ēt all.gl.ī l. ſed ſi ſine.
in §.fi.ff.de min.Pro quib.oīb.faciūt q̄ ego dixi in ſing. meo
88.inc.ſtāte ſtatuto &c.& faciūt dicta ꝑ d.Flo.in l.ſi irruptio
ne.in §.ad offm̄.in 3.col.ver.per quæ iura.ff.fi.reg. Et ſcias ꝓ
ſo dicta oīa eſſe vera in caſib.prædictis, † niſi ſtatutū non ſolū
tolleret appellationē & oēm except. ſed ēt tolleret oēm de-
fenſionē:nā tali caſu ēt intelligeret ſublatus recurſus ad ſu-
periorē quocūq; mō,ita not.dixit Bar.in d.l.1.§. & parui. ff.
qđ vi aut clā.Sed l ita tñ dcm̄ Bar.ubi ſ. eſſe uerū, & procę
dere in cauſis ciuilib.ſed nō procedere in cauſis criminalib.
nam

nam in cauſis criminalibus: ẽt ſi ſtatutũ tollit omnem exce
ptionẽ, & defenſionẽ, tamẽ nõ tollet recurſum ad ſuperio
rem, qa licet princeps, & ſic lex viua poſſit de plenitudine
poteſtatis tollere defenſionẽ in cauſa ciuili, & pecuniaria:
61 tñ hoc † non poteſt facere in cauſa criminali. ita ſing. di-
xit Bal. in l. 3. in §. ſi is pro. ff. qđ quiſque. iu. quod dictum
refert & approbat. d. Fely. in c. dilecti. in vlt. col. de excep.
& in c. cũ olim. in vlt. col. de re iud. & Soci. in conſi. 120.
incip. memini me alias &c. & in conſi. 164. incip. viſa bul-
la, in 7. col. in verſic. tertius quando princeps. & in conſil.
166. inci. in cauſa quæ vertitur. in 20. col. in ver. tertius ca
ſus &c. vbi dicit ꝙ omnes doctor. tenent dictã doctrinam
Bald. in d. §. ſi quis pro eo. Et dictã doctrinam Bald. etiam
approbat d. Fran. de Are. in cõſi. ſuo 165. inc. ſicut Ioãnes
in 13. col. verſi. ad obiecta &c. & Soci. in d. conſi. 120. inc.
memini me alias cõſuluiſſe &c. in 10. col. in verſi. tertius
caſus &c. Et idem etiã uidetur tenere Bar. in l. filiusfa. in 2.
col. verſ. ſed an tunc. ff. de donatio. & d. Paris de pu. in tra-
cta. ſyndi. in 30. char. in 3. col. in cap. incip. an poteſtas qui
ſit &c. de quo etiam dixi in l. unius facinoris. in §. cognitu
rum. in 11. col. ff. de quæſtio. & in ſing. meo 388. incip. de-
fenſio. Et ꝓ prędictis faciũt dicta per Inno. in c. quę in ec-
62 cleſiarũ. de conſti. † ubi dicit, ꝙ officium iudicis non po-
teſt tolli per ſtatutũ. quod dictum refert & ſequitur Bald.
in Marga. ſua. in uerſic. ſtatutum. in tertio uerſic. ubi dicit,
ſtatutum nõ põt funditus impedire, quin officium iudicis
imploretur: quia ẽt princeps non poteſt tollere nec au-
ferre implorationem, nec defenſionẽ, cum ſit de iure na-
turali quæ doctrinæ ſupra allegatæ iudicio meo in totum
tollunt dicta per Albe. de Roſ. in tertia parte ſtatutorũ. q̃-
ſtio. 54. incip. item quæritur an ualeat ſtatutũ ꝙ in crimi-
63 nalibus nõ poſſit appellari. vbi † tenet ꝙ tale ſtatutũ ua-
leat. qđ mihi uidetur non eſſe uerũ per iura prædicta. Itẽ
limita doct. Bar. ĩ d. §. & parui. & ſequaciũ: niſi eſſemꝰ in fa
64 cto ita notorio, ꝙ iudex ſuppleret ex ſeipſo † & non ad
petitionẽ partis, ſm Bal. in d. l. plane. ff. de peti. hęred. quę
ibi refert & ſequitur Ale. plura ĩ hac materia adducẽs, de





quibus ibi ꝓ eũ: de quibus dixi referens oĩa ꝑdicta ĩ repe.
mea. l. 1. C. de rap. uirg. nu. 160. cũ duabꝰ char. ibi ſeq̃ntib.
& ultra ibi dicta uide ẽt Ang. de Are. inſtit. de actio. ĩ prin.
& in rub. inſti. de exce. in 2. col. & uide omnino ſingulares
doctr. in materia implorationis officii iudicis, qui multũ
fraternizãt cum recurſu ad ſuperiorẽ ꝑ Iaſ. poſt alios in
l. ſi me & Titium. in 1. col. ff. ſi cer. peta. Et ſcias ꝙ in caſibꝰ
in quibus habet locum recurſus ad ſuperiorẽ, quod talis
65 † recurſus regulabitur ſecũdũ quod regulatur appellatio
quãtũ tempus exercitii, & terminationis eiꝰ. ita ſing. dixit
Bal. in trac. ſuo ſuper ſtatu. in uerſi. incip. ſtatutũ quod ꝑ
mittit. & idem tenet Bal. in l. 1. per glo. ibi. C. de sẽt. pręfe.
pret. Pro quo faciunt dicta ꝑ Bald. ĩ l. etiã. ad fi. C. de iure
66 dot. ubi dixit, ꝙ † actus ſecũdarius regulatur à primitiuo:
de quibus dixi latius in ſingu. meo 83. inci. ſtante ſtatuto
&c. & ibi etiam dixi intra quantum tempus poſſit, qui
67 grauatur, habere † recurſum ad ſuperiorẽ. ubi ad hoc alle
gaui Cacialupũ in repeti. l. oẽs populi. in 92. col. ĩ fin. de iu
ſti. & iure ad quæ uide d. Par. de put. plura no. in hac mate
ria adducentem in tracta. ſyndic. in 28. char. in 2. 3. & 4.
col. & uide quæ dixi in ſingu. meo 277. incipi. licet &c.
Item circa iſtam materiam recurſus ad ſuperiorem ſcias
generaliter, ꝙ in caſibus in quibus non eſt licitum appel-
lare à ſententia, tamen eſt licitum ſupplicare quam regu-
lam tradit gloſſ. in c. ex literis. in uerbo, ſupplicauit. de in
integ. reſtitu. ſed iſta regula intelligitur eſſe uera, quãdo à
68 ſententia † non poteſt appellari propter excellẽtiã eius,
qui ſentẽtiam tulit, tunc bene poteſt ſupplicari, ſed quãdo
de iure cõmuni nõ poteſt appellari, nõ poteſt etiã ſuppli-
cari ad ſuperiorẽ, niſi bẽeficio ætatis, aut fauore matrimo
nii, ſecundum Inno. & cano. ĩ d. c. ex literis. de in integ. re
ſti. & Cy. in l. fi. ubi glo. C. ut lite pen. & Bal. in l. unica. C.
ne liceat tertio prouoca. & in l. fi. in §. illud. & in §. fi. ad fi.
C. de tempo. ap. & in l. nemo. C. de iuriſdi. omniũ iudi. & d.
Ant. in c. paſtoralis. in tertio not. de appel. & Imo. in l. 1. §.
fi. in 22. col. ff. à quibus ap. nõ licet & Paul. de Caſtr. in l. ſi
quis aduerſus. C. de preci. imperator. offere. & in l. fina.

C.de edic.diui Adria.tolle.& Io.de Imo.in l.ex conſenſu:
in §.final. in penulti. & vlti. col.ff. de appellatio. vbi tan-
69 git illam notabilẽ quæſtionẽ, videlicet, † an verus contu
max,q nõ poteſt appellare ut ibi,poſſit ſupplicare Et iſta
refert Iaſ.in authenti.quæ ſupplicatio.ĩ 2.col.C. de preci.
imperat.offeren. Et quia vt dixi,habere recurſũ ad ſupe-
riorem,vel implorare officiũ iudicis multum fraternizat:
ideo circa materiã imploratiõis officii iudicis ſtatuti ali-
qua adducere cum ſit materia ſæpius cõtingẽs. Ideo ſcias
ꝙ licet dubium ſit , an quando imploratur officiũ iudicis
70 † requiratur libellus,de quo per Bartol.in l.3.C.de pign.
in fin.in l.4 C.depoſiti & in l.1.§.finali.ff.de var. & extra
ordi.cog.& ĩ l.ab hoſtibus.in.§.ſed quod ſimpliciter.ff.ex
quibus cau.maio.& in l.4 in §. hoc autem iudiciũ .in ſex-
ta & in ſeptima quæſtio.ff.de dam.infec.& per Bald.in au
then.offeratur.C.de lit.conteſta.& ĩ repeti.l.incerti.ĩ pe.
& vlti.col.C.de ĩterdic.& ĩ l.1.ff.de iuriſdictio.omn.iudic.
& ibi per Cyn.& per Spec.de in integrum reſtitu.§.ſi.verſ.
vltimo.& per d.Anto.& alios in c.fina.extra de officio iu
di.Scias tamen ꝙ in caſibus,in quibus concludũt prędicti
doctores, ꝙ in imploratione officii iudicis nõ requirat li
bellus,in illis tamen ſemper requirit qualis qualis petitio
in actis: quia non poſſet iudex aliter impartiri officiũ ſuũ
niſi peteretur. p l.4.§. hoc autem iudiciũ.ff. de damno in-
fecto.Ita dixit Alberi. de Roſa. in l. ne quicquã. in §. vbi
decretum.ff.de officio proconſu.quem ibi refert & ſequtur
Iaſon.in 19.colum.allega.l. de ſubmerſis.C. de naufr. lib.
10.& cle.ſæpe.de verbo.ſingficatio.Scias etiam ꝙ vbi im-
71 ploratur officium † iudicis, ibi nõ habet locũ reconuen-
tio. ita dixit glo.in l.ſed ſi reſtituatur.in verſic.ſed ſi adie-
rit.& ibi Angel.ff.de iudi.quã refert & ſequitur Iaſ.in d.§.
vbi decretum. in 17.col.Et ibi ſubdit , ꝙ licet alias filiuſ-
fam.nõ poſſit eſſe in iudicio ſine cõſenſu patris,vt in l.fin.
72 §.neceſſitatẽ.C.de bonis quæ liberis.† tamẽ poteſt implo
rare officiũ iudi.abſque licẽtia patris, ſecundũ Ludo.Ro-
ma.in repeti.rubri.ff.de arbi.in 8.col.per glo. quam dicit
ſingula.in l.1.C.qui admit.vbi etiã Ang.dicit illã eſſe ſin-
gula.



gula. ſed Lud. Rom. vbi ſupra allegat concordantẽ in l. 2.
in §.cã cognita.& ĩ l.ſeruus.ff.de bon.poſſeſ.et idẽ Lud.Ro
ma.in l. cum filiusfamilias viaticum.ff.ſi cer.pet.ponderat
ibi eſſe aliam gl.& dicit Iaſ.ubi ſupra, ꝙ ad hoc facit etiam
alia glo.in l.cogi.§.ſi pater.in ver.obſequium.ff.ad Trebe.
quam glo.ſecundum eum dicit Lud.Rom.ĩ d.repe.rub.ff.
de arbi.ĩ 8.col.eſſe ſingula.ad aliud, videlicet, ꝙ licet filiꝰ
73 emancipatus nõ poſſit agere niſi impetrata venia † tñ qñ
implorat officiũ iudicis , nõ requirit impetratio venię. q
glo.tñ ſecundũ Iaſo.hoc nõ bene dixit.Poſtea ipſe limitat
illud,qđ dictũ eſt de filioſa.q põt implorare officiũ iudicis
ſine cõſenſu patris,de quo ibi latius per eũ.& uide etiã ad
prædicta Iaſo.ĩ l.1.nu.22.ff.de iuriſ.omn.iu.Et de hac ma
teria implorationis officii iudicis vide etiã Ang. ĩ l.ſi fini-
ta.§.eleganter.ff.de dam.infe.glo.& doct.ĩ l.ſiue apud acta.
C.de tranſac.& in authen.generaliter.de epiſ.& cle.Bar.ĩ
l.1.§.1.ff.de fer. Bal.in requirẽdi.C. de ſer.fug. de Are.in
tract. maleſi. in ver. & veſtẽ cœleſtẽ. in 9. char. in ver. &
bene no.de quo dixi etiam ſupra,in §.diligẽter.nu.209.&
vide etiam circa hanc materiã Inno. in c.quæ ĩ eccleſiarũ.
de conſti.& Bal.in Marga. in ver. ſtatutũ.in 4. verſi. & in
practica Papienſi.in forma libelli ab interlocutoria.ĩ .§. ĩ
his ſcriptis.in 2.col.ad fi. Et ſcias ẽt ꝙ officiũ iudicis eſt ꝑ
74 petuũ , † et põt ꝑpetuo ĩplorari nec talis imploratio tp̃e
excluditur.ita dixit Bald.in addi.Specu.in tit.de arbitro.ĩ
6.col. verſi.duobus modis.de quo an tempore tollat talis
imploratio,vide glo. Bartol.& alios in l.ſicut.C.de p̃ſcrip.
30.anno.& in l.querelam . C. de fal. & Bal.in l.2.in §.ſed
quia noſtra.C.communia de leg. & in l.2. in 4. colum.C.
de execu.rei iudi.& Bart.in l. ſi ſocietatẽ.§.arbitrorum.in
5.colu.ff.pro ſocio.& Bal.in l.fin.in 12.oppoſi.C.de edic.
diui.Adria.tol.& Bartol.ĩ l.2.C.de reſciẽden.vẽdi.de quo
75 etiã per Iaſo.in l.1.nu. 25.ff. de iuriſdict. omn.iud.† Item
ſcias etiam,ꝙ ſi officium iudicis denegatur implorãri,po-
teſt appellari.ita dixit Barto.in l.1.in 5.col.ff.de iuriſdict
omnium iudic.& hoc per text.in l.1.C. ſi ſæpiꝰ ĩ integ.re-
ſtitu. poſtu. vbi text. dicit, appellare debueras ſi tibi ĩnia

 diſplicebat,

diſplicebat, ĩ qua tibi denegata fuit reſtitutio in integrũ
poſtulata.hoc enim ego credo verũ eſſe, niſi tale officiũ iu
dicis implorat̃ ꝑ calumniã.quia tũc poſſet licitè denegari
nec admitteretur appellatio,& hoc per doctrinã Bald. ĩ l.
in contractibus.in prin.C.de nõ numera.pecun.v bi dicit
ꝙ officiũ iudicis calumnioſe petitũ poteſt denegari.& idẽ
dixit Alex.in l.plane.in prin.ff.de petitio.hæredita.ꝓ quo
dicto poſſunt adduci aliqua no.in iure ſparſa. Et ideo vide
Io.And.ĩ additio.Specul.titu. de legato.§.reſtat. ver.q̃d ſi
in ſtatuto.in addit.incip.Old.in ſua diſputata.vbi ſing. di
76 xit,ꝙ etiã vbi agitur de præiudicio irreparabili, † nõ ad-
mittitur aliqua exceptio contra executionẽ capitalem, ſi
obſtat præſumptio calumniæ.ꝙ dictũ refert & ſequit̃ do.
Fel. in c.de cætero,in quarta colũ.de re iud. licet adducat
Bal.contrarium dicentẽ in l. 1 .in penul.col.C.qui accu.nõ
poſ.de quo ibi latius per eũ. & per Barba.in c.ſuper eo. in
penu.colum.de offic.deleg.Itẽ dicit dõ.Feli. in d.c.de cęte
77 ro.quod exceptio calumnioſa, † nõ admittitur in iudicijs
ſummarijs,ſecundum Cardin.& Ioan. de Imo.in d.c. ſup
eo.vbi dicit Abb.propter glo. ibi, quod iudex vidẽs a pte
78 calumniam,† nõ debet curare in tali caſu de appellatione
interpoſita à reiectione exceptionis.Pro quibus etiam ad
ducit ipſe dom.Feli.Bal.in l. 1 .in 2.col.C.quomo. &quan.
79 iud. vbi dicit,ꝙ iudex poteſt ſupplere pro reo,† quãdo vi
det euidentem calumniam actoris.alleg.Inno.in c.primo.
de offic.vica.vbi voluit ſufficere, ꝙ appareat de calumnia
notorie,ẽt aliter, quã ex forma petitionis.Et ſubdit etiã
80 do.Felin.in d.c.de cætero. ꝙ nec etiam debet cõcedi † re
miſſorie ad partes,quãdo illa petit̃ calumnioſe. alleg.hoc
voluiſſe Ludoui.Roma. in conſil.278. ad fin. quod incip.
clarũ eſt &c. vbi ponit aliqua ſigna ad cognoſcẽdũ calum
niam.Et facit not.verbũ Alexã.in conſi. ſuo 64. inci. ha-
bita ſuper cõtentis.in 4.col.in 1.vo.vbi dixit,ꝙ exceptio
81 calũnioſa † poteſt repelli, etiam ſi eſt efficax & vera : ſed
opponitur cauſa morãdæ litis:& hoc etiã in iudicio plena
rio,dummodo tunc ſuſpitio ſit vehemẽs. Et ſubdit etiã ip
82 ſe d.Felin.ubi ſupra,ꝙ pręſumitur cauſa† ĩ iudice repel-
lente



lente exceptionem.ad quæ plura allegat, de q̃bus ibi per
eum.Et ad prædicta facit etiã ꝙ voluit Domi.in c.eccleſia.
in quarta col.de cõſtitut. ubi dixit, ꝙ ſi iudex repellat ex
83 ceptiones rationabiles,mot⁹ † uehemẽti pręſũptione ca
lumniæ, non eſt ſententia iniuſta. allegat Inno.in c. poſt
electionem.de cõceſ.prębend.q̃d etiã voluit Ioã.de Ana.
in c.ſuper eo.in 2.col. de crimine falſi. & dõ. Feli. allegãs
plures alios tenentes hoc in d.c.de cętero.ĩ 5.col.ubi ſub
84 dit etiam not.uerbũ, † uidelicet, ꝙ ſi ſtatutũ dicit iudicẽ
debere cõcedere conſilũ ſapientis petitũ aperte, ꝙ tamẽ
ſi ipſe iudex uiderit dictũ cõſiliũ ſapientis calumnioſe pe
ti,tũc debet denegare tale cõſiliũ, allegat hoc uoluiſſe d.
Signorol.de homodeis in ſuo conſi.8.inci.ſtatuto Medio
lanenſi &c.Sed ultra d.Feli.in d.c.de cætero Adde tu etiã
no.uerbũ uidelicet, ꝙ exceptio euidẽter calumnioſa etiã
85 ſi ſit admiſſa,† tamen nunquã uidetur incluſa ſecũdũ An
ge.de Are.inſtit.de except.in rubri. in 47. col. in uerſi.2.
quæro quid ſi ꝓponitur exceptio. ubi ad hoc alleg.l.q cũ
maior.in.§.ſi patris.ff.de bon.lib.& alia de q̃bus ibi ꝑ eũ.
86 Item ſcias etiã,ꝙ euidens calumnia operatur, † ut nõ ſte
tur iuramento alicuius, in caſu ĩ quo alias de iure ſtaret,
ita dixit Ang.in cõſi.ſuo 164.inci.ſuper pũcto pręfato.Et
faciũt ad prędicta quæ ego dixi ĩ l. patre vel marito.in 16.
87 & 17.col.ff. de quæſtio. & ultra ibi dicta ſcias, ꝙ † tran-
ſactio euidẽter calũnioſa ex parte actoris,uel rei nõ ualet.
ita dixit Ang.in conſi.94.incip. pro parte negatiua &c.in
4.colum.quod etiam ipſe dixit in conſil.ſuo 28.incip. ui-
ſa narratione.in penul.col.& uide glo.in d.l.qui cum ma-
iori.ĩ.§.ſi patris.ff.de bo.liber.quã pro no. refert Ioan. de
Imo.in l.penult.§.ad crimen.uerſicu.ſexto fallit.ff.de pub.
iud.& Ludo.Roma.in conſil. ſuo 69. incip. uiſo themate.
&c.in ulti.col.ubi etiam aliqua alleg.pro illa glo.Ex præ-
dictis etiam adde Pe.de Anch.in cõſi.ſuo 157.inci.ex nar
ratis, in penul. colum . ubi dixit, ꝙ ſi iudex uehementer
88 † ſuſpicatur calumniam in opponente exceptionẽ pem-
ptoriam,poteſt,eã non admittere,& licet ille appellet,nõ
irritabitur factum iudicis, niſi ille probet ueritatẽ ſuę ex

 ceptionis.

ceptionis.de quo dicto feci mētitionem ī repe.mea rubri. C.de probatio.in 37.colum. Adde etiā no. verbum Bald. in l.prima.in quarta colū.in verſic.modo quero &c. C.ne ex delic.defuncto.vbi dixit, ꝙ licet alias appellatio ſuſpendat pronuntiatum, vt habetur in l.tale pactū.in §.qui prouocauit.ff.de pactis.& in toto titu.ff.nil nouari app.pen.cū
89 ſimilibus.† tamen quando appellatio eſt notorie calumnioſa, nō propterea eſt differenda executio: quoniā tali caſu reipublicæ intereſt talem approbationē nō admitti: quod eſt not.de quo dicto feci mentionē ī repeti.mea rubri.C.de probatio.in 42. col.ante fi. Item adde etiā prædictis.nam clarum eſt in iure, ꝙ in cauſa capitali nō admittitur procurator.vt in l.penulti.§.ad crimen.ff.de pub.iud. & in l.ſeruum quoque.in.§.publice.ff.de procurat. & in l. reos.C. de accuſ.& in cap.veniens, de accuſ. cū ſimilibus.
90 Attamen † ſi inſtituta eſt accuſatio capitalis contra aliquem, & ſit notorie calūnioſa, tali caſu poterit īteruenire procurator. Ita not.dixit Bal.in l.2.C.vt nemo priuat⁹.& alleg.hoc voluiſſe Cy.ī l.reos C.de accuſ. qđ dicit eſſe mēti tenendū. quod dictū retuli in repeti. mea rubric.C. de probatio.in 43.col.in verſi.item vltra pręmiſſa &c. Adde etiā quod omittens aliquid producere petere, vel excipere per calumniā, nō auditur poſtea volens illud ꝓducere,
91 petere vel excipere, † niſi refectis expenſis, ſecūdum d.Felyn.in c.ad audientiā.el 2.de reſcri.in 11.& 12.col. & in c. 1.in prin.de excep.de quo ego latius dixi in l.patre vel marito.in 16.& 17.colu.ff. de quæſtion. & in l.ſi quis ne quæſtio.in 11. col.in fin.cum ibi ſeq.eod.tit.& circa omnia ſupradicta vide do.Fely.in c.licet cauſam.in 4.not.de prob. & in c.nullus.circa fi.de præſum. & in c. inter monaſteriū in 8.col.in prin.de re iudi.& do. Fran. de Aret.in c. ſuper his in 11.col.de accuſ.& do.Lauren.Calca.in conſ.82.inc. quia in cauſa &c. in 3.colum. & in conſi. 14. incip. cum proxima &c.in fin.Item ſcias ꝙ ſi ſtatutum, vel cōſuetudo
92 diceret, ꝙ calumniator † non puniretur nō valeret: q2 eſſet contra bonos mores, ſecundū Bald.in l.qui crimen.C. qui accuſare non poſſunt.& Bald.ſuper ſtatutis ī uerbo, calumniator.



lumniator. Tene menti ꝓdicta in materia calumniæ: quia
93 forte ea ſimul cumulata alibi nō facile inuenies. An † autem cōtra calumniantem poſſit vti calumnia. vide gl.no. in c.cupientes in verbo malignātium.de elec. in 6.quæ dicit, ꝙ aduerſus calumniā quis poteſt ſe defendere cū calūnia.quam gloſſ.refert & ſequitur Bald.in rub.C.de fide inſtru.in 8.col.& Ang.in l.maritus.quæ eſt l.pen.ff.de vſur. Et dixit gl.valde not.in d.c.dominus noſter.23.q.2. ꝙ aduocatus fouens iuſtā cauſam poteſt cōuenire aduerſarium ſuum cū malitia ꝓ quo faciūt dicta ibi per Archi. & ꝑ gl. in 4.q.4.c.nullus.& facit tex.not.in l.cū pater.in §. Titio. ff.de legatis.2.in verſi.nec dolo videtur feciſſe cū fraudem excluſerit quem tex.alleg. Angel. in d.l.maritus. & gl.ī d. c.cupientes.in verbo, malignātium. Pro qbus etiam poſſē adducere plura. no. quæ adduxi in ſingula. meo 177.inc. malitiis hominū &c. quæ per te videas. Hyppoly.

## *SVMMARIVM.*

1 *Confeſſio in articulo mortis facta an valeat. Et cur. nume.2.*

3 *Teſtibus poſt depoſitionem ſolennem dicentibus ſe falſum tuliſſe teſtimonium an credendum.*

4 *Vulneratus dicens ſe mori ex medici culpa, an iuuet uulnerātē.*

5 *Teſtator in teſtamento mandās vſurarum reſtitutionem, an præſumendus ſit vſurarius.*

6 *Solēnitas eadem in deſtruēdo requiritur q̃ in conſtruendo. Vt in ratificatione & aliis.nu.10.11.*

7 *Teſtes tot ad reuocandum teſtamentum requiruntur, quot ad probandum.*

*Idem in inſtrumento.nu.9.*

8 *Decretum ſicut in contrahendo requiritur, ita in diſtrahendo.*

12 *Morientes non dicunt ſemper verum.*

13 *Mortis timore oppreſſus eſt ſimilis mortuo.*

14 *Periurus eſt infamis. Cuius dictum non probat nu.15.*

16 *Reuocatio confeſſionis facta in carcere nihil operatur.*

17 *Actus iudicialis fortior extra iudiciali.*

§. REſtat modo pro compleméto huius operis examinare aliquas q̃ſtiones vtiles, & quotidianas, quas ſuperius nõ potui loco congruo examinare: quas quæſtiones ꝓ maiori parte non uidi ſpecialiter examinatas ab aliquo ſcribente antiquo nec moderno, uſque in præſentem diem. ideo ad eas me conuerto. Et quæro primo de tali quæſtione uidelicet reus inquiſitus in proceſſu contra eum facto ſeruatis ſeruandis in iudicio coram iudice, notario & teſtibus, dixit & confeſſus fuit, ꝙ Titius fuit eius ſocius ad committendum delictũ, de quo erat inquiſitus, & tale delictum, de quo ſocius criminis poteſt interrogari, & eius dictũ faciebat indicium ad torturam, iuxta ea quæ dixi in l. 1. in §. diuus Antoninus. in 2. col. ff. de quæſtio, & ſupra, in §. diligenter. nu. 56. cũ ibi ſequen. Qui reus ét ratificãdo ſuã confeſſioné affirmauit dictũ Titiũ fuiſſe eius ſociũ in dicto delicto. Poſtea lata ſñia condẽnatoria ad morté contra dictũ reũ, dũ ipſe reus eſt in manibus carnificis ſup̃ furca, & habeat laqueũ, ſeu capiſtrum ad collum dicit miniſtro iuſtitiæ, ſeu carnifici: rogo te expecta modicũ antequã me proijcias deorſum & me occidas, q̃a uolo dicere aliqua uerba antequam moriar. Et poſtea ibi dicit corã populo. Ego rogo uos oés, ut mihi parcatis, ſi uos offendi aliquo mõ: q̃a peto ueniã, & uos rogo, ut q̃libet ueſtrũ dicat unum Pater noſter, & unũ Aue Maria pro anima mea. Et poſtea dicit. & quia accuſaui Titiũ, & dixi, ꝙ ipſe fuit meus ſocius ad committédũ hoc delictum, pro quo debeo nũc mori: ideo ne perdã & cõdemnem animam meã, fateor me falſum dixiſſe, & indebite inculpaſſe illum: iõ dico dicta per me nõ eſſe uera, & pœnitet me hoc falſum dixiſſe, cum ipſe Titius fuerit, & ſit innocés a dicto delicto. Quo dicto ſtatim miniſter iuſtitiæ ad hoc paratus proiicit ipſum reũ a furca, & eum occidit. Vtrũ per talia uerba ipſius rei ſit exculpatus ipſe Titius, adeo, ꝙ ſit ſublatũ indiciũ ad torturã exiſtens contra ipſum Titiũ ex illa cõfeſſione in iudicio legitime facta, & ratificata ꝑ ipm reũ. Et uere caſus iſte apud me du-

bius



bius eſt, & hanc quæſtioné vidi pluries in facto. & ſemel quæſtioné vidi de facto Mediolani, in qua fuit aduocatus pro dicto Titio, & ſuplucratus fui plures pecunias &c. In qua quæſtione videtur primo dicendũ, ꝙ talia verba, & talis exculpatio dicti rei proſit ipſi Titio inculpato, & tollat, vel ſalté debilitet indiciũ cõtra eũ exiſtens, adeo ꝙ nõ poſſit vlterius torqueri. & hoc ꝓpter notabile dictũ Bald. in conſilio ſuo 25. inci. caſus ſuper quo &c. in 2. col. in pri-
1 mo vol. vbi dicit, ꝙ confeſſio † facta in articulo mortis valet: q̃a non eſt præſumendũ ꝙ confitens illo tempore mẽtiatur, pro quo faciũt plura, & plures notabiles doctrinæ, quas adduxi ad hoc. ſupra, in §. diligenter. nu. 119. cũ ibi ſequẽti & ſequen. quæ omitto breuitatis cauſa, & ne idẽ ꝑ idem pluries repetam. Et facit etiã, nam quilibet (maxime
2 in articulo mortis conſtituto) ꝓſumitur memor † ſalutis æternæ. cap. ſancimus. 1. q. 7. cap. literas. vbi gloſſ. de præſumptio. l. fi. C. ad legem Iuliam repetun. pro q̃bus faciũt optime dicta ꝑ Iaſo. in repeti. l. admonendi. in 53. col. circa mediũ. ff. de iureiuran. Et facit etiam l. nihil tã naturale. de regul. iur. vbi dicitur, ꝙ nihil eſt tam naturale, quã tollere eodé mõ id, quod dictũ vel factum eſt. Ita in caſu noſtro videretur, ꝙ indiciũ ortũ cõtra illũ inculpatum ex verbis, & ex confeſſione dicti rei debeat tolli ſimiliter ex verbis, & cõfeſſione eiuſdémet rei. & faciũt optime dicta per Bal. in conſ. ſuo 149. inc. poſtquam notarius. in 4. vol. Ex quibus oĩbus videtur dicendum, ꝙ ex dictis verbis rei ſublatũ ſit indicium exiſtés contra ipſum Titium ex tali exculpatione facta in articulo mortis per dictum reum ſupra furca exiſtentem: vt ſupra.

Sed contrariã parté, ꝙ imo non ſit ſublatum dictum indiciũ: ſed ex eo poſſit torqueri, vt ante dictam exculpationem poterat. facit primo tex. not. in l. ſi quis in graui. in §. ſi quis moriens. ff. ad ſylla. vbi per illũ textum. dicit Bar. & alii poſt eũ, ꝙ ſi aliquis iudex cõſtitutus in mortis articulo dicat ſe tuliſſe falſam ſententiã, nõ ſtatur dicto ſuo, nec ei creditur, nec per hoc ſentẽtia annullatur. Et idé tenet Ang. licet nõ loquatur in confeſſione facta in mortis

articulo,

articulo,ſed inter viuos,in conſ.ſuo 308.inc.Chriſtopho-
rus Petri conductor.in 3.col.vbi idem dicit. & idē dicit
eſſe in arbitro,& idē in electoribus prælatorum,ſecūdum
Inno.in c.cum dilecti.de elect.in gl.quæ incipit,lex nullā.
3 & idē dicit † eſſe in teſtibus,quibus nō creditur, ſi poſt eo
rum depoſitionem factā ſoleniter, poſtea extra iudiciū di
cunt ſe falſum teſtimoniū tuliſſe: & dicit de hoc eſſe ca-
ſum in c.ſicut.extra de teſti.iuncta gl.illius.c.& idē in ipſis
teſtibus tenuit Lud.Rom.& Ange.in d.§.ſi quis moriēs &
Bald.in l.generaliter.in 1.col.C.de non nu.pecu. & in au
thē.ſi dicatur.in 2.col.& Bal.in c.literas.in 3. col.de præ-
ſumptio.Et dixit Pet.de Ancha.in c. fina. extra de ſucceſ.
4 ab inteſta. qđ ſi vulneratus † dixit ſe mori ex culpa me-
dici,ꝙ tñ per hoc nō iuuat percuſſorem, ſi aliter hoc non
apparet,quod dictū refert & ſequitur Fely. in c. literas.in
pe. col. de præſump. de quo dixi in ſingul.meo 22. incip.
cōfeſſio offenſi.Et adeo eſt verū,ꝙ nō creditur conſtituto
in mortis articulo:quod ſing.dixit Bal. in c. in præſentia.
5 in 4. col. de prob. ꝙ ſi teſtator in † teſtamēto ſuo dixit:cō
fiteor me teneri ad reſtitutionē vſurarū a multis & diuer-
ſis extortarū, ꝙ tamen per hoc nō præſumitur vſurarius.
Et vltra ꝑdicta pro hac parte,ꝙ dicta exculpatio nō tollat
indiciū præcedēs,facit optime vrgens ratio videlicet:quo
niā talis reus exiſtēs ſuper furca illud,qđ dicit,dicit extra
iudiciū,& ſine iuramēto,merito nō tollit illud,quod dixit
in iudicio ſolenniter & cū iuramento. Nā eadem ſolenni-
6 tas † requiritur in deſtruēdo,quæ reqritur in cōſtruendo:
vt in authen.econtra ſi filius.C.de repu.& in authen.de de
fen.ciui.in §.nō habente.& in l.nihil tā naturale.ff.de reg.
iur.& in l.cum emptor.ff.de reſcin.ven. Et facit gl.no.in l.
cū proponeretur.ff.de legat.2. quæ dixit ꝙ tot teſtes req-
7 rūtur ad pœnitentiā,vel reuocationē † teſtamēti,quot re
quirūtur ad probandū ipſum teſtamētum. quod ēt uoluit
Bal.in l.quæſtionē.in pen.col. C. de fideicommiſ.& in c.
ſi quis feu um.ſi de feu.fue.cōtro.inter do.& agna.& in l.
fi.in pe.col.C.de cad.tol.& in l.fi.in vlt.col.C.de fideicom.
& in l.2.in 2.col.C.de bo.poſ.ſecūdū tab.& in l.errore.in
1.col.



1.col.C.de teſta.& do.Fely.in c.cū acceſſiſſent.in 2.col.de
conſt.ubi pro hoc all.gl.in c.quamuis.de procu.in 6.& di-
ctam gl.in d.l.cum proponeretur.pro ſing.allegauit Bal.in
l.fin.in penul.col.C.de eden.& idem uoluit Card.& Io.de
Imo.in c.relatum.el 1.de teſta.& do.Alex.allegans dictam
gl.in rub.ff.de acq.poſ.& in l.inter ſtipulantem.§.ſacramē
ta.ff.de uer ob.& d.Fel.in c.edoceri.in 6.col.uer. non ob-
ſtat prædictis.de reſcr.& d.Alex.in conſi.ſuo 140. inci.ſu-
per teſtamento ſer Nicolai. in 1.col.in 1.uolu. & in conſi.
208.inc.ſtatuti accurate &c.in pe.col.in 2.uol. Item hanc
partem ꝙ eadem ſolennitas requiratur in reuocatione a-
ctus,quæ requiritur in eius celebratione, firmauit Ludo.
Ro.in conſi.ſuo 65.inc.uiſo themate.ubi ad hoc all.l.hære
des palam.in §.ſi quis poſt.ff.de teſta.& in l.ſi puellæ. ff. de
ſpon.& in l.nuptiæ.ff.de ri.nup.& in l.ſi ut proponis. C.de
nup.& Bal.in l.omnium.C.de teſta.& in ti.de pa.conſtan.
in §.nos Romanorum.& in l.ex placito.C.de rer. permu.
Pro quibus optime faciunt dicta per eundem Lu.Rom.in
conſi.116.inc.uiſis neceſſariis &c.poſt princip.& dicta per
Bal.in l.1.C.ſi aduer.tranſa.ubi dixit, ꝙ ſicut in contrahē
8 do † requiritur decretum,ita in diſtrahendo.Et dixit Bald.
in add.Spe.in ti.de inſtr.edi.in 4.col.in uerſic.inſtrumen-
tum habet &c.in prin.quod dot.teſtes requiruntur ad re-
9 probandum inſtrumentum, † quot requiruntur ad ipſius
ualiditatem.Et faciunt dicta per eundem Bald.in c.1.in 3.
col.uerſi.& nota quòd per inſtrumentum.in ti. quid ſit in
ueſti. Item in hanc partem quòd eadem ſolennitas requi-
ratur in reuocando actum,quæ requiritur in illo celebran
do,tenuit Pe.de Anc.in conſi.ſuo 338.inci.de efficacia. in
1.col.& Bal.l.quoties.in §.1.ff.de hær.inſt.& do.Fely. in c.
accedens.el 1.in 3.col.ut li.non conte.Et prædicta habent
locum non ſolum ubi tractatur de reuocando actum iam
factum:ſed etiam ubi tractatur de ratificatione ipſius a-
10 ctus.Nam etiam,in ratificatione requiritur † eadem ſolen
nitas, quæ requirebatur in ipſo actu principaliter cele-
brando.ita dixit Ludo.Rom.in conſi.ſuo 12.incipien.uiſo
facto &c.ante fi.alleg.l.ſi ut proponis.C.de nupt. & l. nu
ptiæ

ptiæ.ff.de ritu nupti.& dicit quòd ꝑ hoc facit qđ not.Innoc.in c.cum dilecti.de emp.& vend.& Ioan.Andr.in cap. cum laicis.de reb.eccle.non alie.& idem voluit Pau.de Caſtr.in l.inuiſtum.ff.de ſeruitu.vrba.prędio.Et ad hoc corroborationem prædictorũ facit optime quod voluit d.Alexand.in conſi.ſuo 81.incip.reuocatur in dubium.in 1.col.
11 in 5.volu.vbi dicit quod eadem ſolennitas requiritur† in renũciando compromiſſo,quæ requirit in illo acceptãdo, & ideo dicit, ꝙ ſi arbiter acceptauit cõpromiſſum ad inſtãtiam vtriuſq; partis,ꝙ non poterit illud renuntiare ad inſtantiam vnius partis tantum,alias renuntiatio eſſet nulla. Cũ ergo in caſu noſtro non interuenerit in dicta exculpatione facta per reũ ſuper furca illa ſolennitas iudicii & iuramenti,quæ interuenit in inculpatione,ergo merito indiciũ exiſtens contra illum inculpatum non erit ſublatũ per dicta verba ipſius rei facta ſuper furca: & ſic per dictam exculpationem, licet iſta ſit facta per reum in extremo vitæ ſpũ.Et poteſt aſſignari ratio,quare non creditur confeſſioni factæ in vltimo vitę,rõ.n.eſt:quia non omnis moriens eſt ſanctus Ioannes Euangeliſta. ita dicit Bald. in titul.de pa.conſtan.in verb.vaſalli noſtri.Pro quo facit quod dixit
12 Old.in conſ.ſuo 192.incip. viſo diligenter proceſſu. † vbi dicit,ꝙ morientes non dicunt ſemper verum: quod ẽt dixit gl.in c.literas,in verbo,graue.de præſump.& Iaſon. in repetit.l.admonendi.in 55.colu.poſt med.ff.de iureiur.Et ideo dixit Bal.in addit.Specula.in tit.de confeſſ.in verbo, confeſſio facta in vlti.&c.ꝙ confeſſio facta in vltim.voluntate,non probat debitũ eſſe,vel non eſſe.& dicit ꝙ talis cõfeſſio poteſt reuocari:quia ſpecies vltimæ voluntatis, non aũt eſt ſpecies probationis,& ideo dicit ipſe Bal. ibi,quod hoc facit pro eo,qui legat 10.pro vſuris,vel male ablatis, vt ſi reconualeſcat nõ poſſit ex illa ſcriptura cõueniri : de quo ẽt dixi in repe.mea,l.fi.in 64.char.C. de proba.Item ꝙ tali reo non credatur in hoc caſu facit optime vrgẽs rõ. Nam vt quotidiana docet experientia,iſti rei,q ducuntur ad mortem adeo cruciãtur timore,& dolore mortis,ꝙ sũt alieni ab intellectu,& nõ ſunt cõpotes mentis, & maxime quan-



quando hẽnt laqueũ ad collum,& ſunt ſuper furca, & vident ſe illico & incontinenti morituros,vel quãdo debent decapitari, & vidẽt ibi ante ſe inſtrumẽta ferrea parata ad incidendum ſibi caput,& ideo tamquam nõ ſint in ſano intellectu,& nõ cõpotes mentis,non eſt eis credendum:arg. tex.in l.hac cõſultiſſima.in verſi. at cum humana fragilitas mortis cogitatione turbata.C.qui teſtamen.face. poſſ.
13 talis enim † oppreſſus mortis timore eſt ſimilis mortuo,vt dicit text.in l.iubemus.poſt prin.C.de teſti.& voluit Paul. de Caſ.in conſi.366.incip.viſo puncto & allegationib.vbi etiam alia dicit in hoc propoſito.in verſi. nec ſufficiunt ad inſtruct.Item pro hac parte ꝙ nõ credatur ipſi reo ĩ tali caſu facit alia ratio . Nam ſi verum eſſet,ꝙ ipſe indebite inculpaſſet illum,non expectaſſet ad eũ exculpandũ tempus illud,quando erat ſuper furca cũ laqueo ad collum.ſed illũ exculpaſſet tẽpore quo cõfeſſus fuit peccata ſua ſacerdoti, & accepit euchariſtiã.nam tũc vocaſſet poteſtatẽ,& notariũ,& illũ exculpaſſet,nec eſt præſumendũ ꝙ uoluiſſet accipere euchariſtiã cũ illo onere & pctõ,& cũ illa indebita inculpatione proximi,& ſic eũ iuridice exculpaſſet: ꝙ certè veriſimile eſt,ſi ille inculpatus fuiſſet innocẽs:nã tale tempus eſt magis cõueniẽs ad exculpandũ indebite inculpatos quã tempus,quo eſt ſuper furca cũ laqueo ad collũ.Itẽ alia eſt ẽt rõ,quare non ſit credendũ tali reo exculpanti aliquẽ ſuper furca: vt ſupra dixi, tales rei ſuꝑ furca exiſtens non ſunt cõpotes mentis , nec in ſano intellectu, ſed regũt linguã ſuam ſm,& prout ſibi dicitur ab illis confortatoribus qui ſibi dantur,vt eos hortẽtur ad pœnitentiã , & ad bene moriendũ,& oĩa,quæ eis perſuadent dicti confortatores, dicũt & faciũt ipſi rei.Et iõ tales exculpationes magis faciũt ipſi rei ad perſuaſionẽ, requiſitionẽ , & inſtantiã taliũ confortatorũ,q motu proprio quia ſibi perſuadent,& ſi talẽ exculpationẽ non faciunt morientur in peccato , & in damnatione,& perditione aĩę & corporis. Et ſæpe ac ſæpius affines ipſius inculpati,vel amici rogãt inſtanter & inſtantiſſime dictos cõfortatores,vt velint facere, ꝙ reus exculpet amicum,vel affinẽ ſuũ,quẽ inculpauit, & ſibi promit-

mittunt aliqua ſi hoc faciat. tūc & tales confortatores,vt
lucrent ſibi promiſſa operant̄ toto poſſe ꝙ reus faciat ta
lē exculpationē,& perſuadent ipſi reo,ꝙ ſi faciet talē ex-
culpationē,ibit illo die ad prādiū cū beata virgine,& ibi
tripudiabit,& in æternū lætabitur cum angelis. & iō ta-
lis exculpatio nō prodeſt inculpato ꝑ iura,& rationes ſu-
perius adductas. Pro qua parte & opinione facit alia rō.
Nā negari nō pōt,ꝙ iſte reus, q primo ſolēniter in iudi-
cio in forma teſtis cū iuramēto dixit illū fuiſſe eius ſociū,
ad cōmittendū illud delictū,ſi modo ſuper furca dicat cō
14 trariū non ſit periurus,& ꝑ cōſequens infamis.† Nā per
iurus eſt infamis, ſm glo. in c. peruenit. de fideiuſ. & eſt
tex.in l.ſi qs maior.& ibi gl.& doc.C.de tranſa.& eſt glo.
in l.quæ ſub cōditione.in verbo,interuenerit.ff. de con-
di.inſti.& in authe. ſcenicas non ſolum fidem præſtēt. in
§.1.in verſ.ſi quæ omnino.& voluit gl.& doc.in l.Lucius.
ff.de infa.& Io.An.d.Ant.& alii in c.teſtimoniū. de teſti.
& Hoſt.in ſumma de vſur.§.an aliquo caſu.ī vlt.col. verſ.
de notoriis &c.quē refert & ſequitur Archi.in c. ſicut nō
ſuo 46.diſ.& Arch.in c.paruuli.22.q.5.Et idem tenet Io.
de Imo.in cle.1.in 6.col.de iureiu.in ver.quæro an periu
rus.& Bal.in c.quærelam.poſt gl.de iureiu.& Goff.in ſum.
de iureiur.in §.an periurus. & Barba.in c. teſtimoniū. de
teſt.vbi dicit,ꝙ de hoc eſt caſus in c.infames.8.q.2. & in
c.ſi quis cōuictus.22.q.5.& in c.prædicantibus.22.q.1.&
in §.periurii pœna. eadem cauſa & quæſtione. de quo la-
tius dixi in repe.mea l.fi.C.de prob.in 10.char.vltra me-
15 dium.Sed dictū periuri.† non probat:vt in c.ſicut.& in c.
teſtimonium.de teſt.& in c.quicunq;.6.q.1.& in d.c.par-
uuli.&in c.literas de præſum.& voluit Specu.in tit.de te-
ſte.in §.1.ver.item ꝙ eſt infamis.ergo dictum iſtius rei tā
quā dictum periuri nihil operabitur.Item vltra prædicta
iura & rōnes ꝙ talis exculpatio non proſit inculpato, te-
nuit expreſſe Bal.ī cōſ.ſuo 79.incip.regula iuris &c. in fi.
16 in 3.volu.vbi fortius dixit videlicet,ꝙ reuocatio † cōfeſ-
ſionis,q̄ fit in carcere nihil operatur : quia fit extra iudi-
ciū,nō in iudicio,alle.l.2.C.de cuſt.reo.Pro quo facit.Nā
fortior



17 fortior eſt actus,qui fit in iudicio, † quam q̀ fit extra iudi
cium.iuxta.gl.in authe.generaliter.C.de epiſ.& cle.& vo-
luit Iaſ.in l.iubemus.in 2.col.C.de iudi. pro quo faciunt
plura quæ dixi de calore iudicii in repetit. mea rub.C.de
proba.in 19.col.verſi.intellige etiam prædictam conclu-
ſionem &c.ergo actus extra iudicialis nō pōt tollere actū
iudicialē,& faciūt quæ dixi, in ſingu.meo 212.incip.cōis
omnium ſcribentium.& hoc ēt firmat Ang.in conſi.308.
incip.factum tale Chriſtophorus Petri.in penul. col. ver.
de ſecundo.Et ſic ex ſupradictis videtur cōcludendum ꝙ
talis exculpatio facta per reū ſuper furca cū laqueo ad col
lum,non tollat indiciū exiſtens contra inculpatum ex di
cto ipſius rei ſolenniter & iudicialiter facto.Attamē ſi vo
lumus recte cōſiderare,eſt maximū quid apud Deū,& po
pulum,ꝙ ille reus ſtatim moriturus exculpet illū, quē in
culpauit,& talis exculpatio non valeat,pro qua opin.ꝙ ta
lis exculpatio ꝓſit inculpato adduxi plura vltra ea q̄ hic
adduxi ſupra,in §.diligēter.in nu.117.cū pluribus nume-
ris ibi ſequentibus,vbi examinaui illam quæſtionem ſa-
tis conſonam iſti videlicet,an dictum,offenſi conſtituti in
mortis articulo faciat indiciū ad torturam contra illum ,
quē dicit ipſe moriēs eū percuſſiſſe. Poſſet forte dici ꝙ de
æquitate,& in foro poli illa exculpatio valeret,& prodeſ-
ſet ipſi inculpato: ſed ſecus ī foro fori, & de rigore iuris ꝑ
dicta iura . Vel forte iudicio meo poſſet diſtingui hoc mō
videlicet,quod aut pro illa imputatione primo facta per
dictum reum cōcurrebat aliquod indicium pręſumptio ,
vel coniectura : & tunc ſimplex reuocatio , vel exculpatio
non proſit inculpato. Aut pro dicta inculpatione nullum
concurrebat indicium,præſumptio, vel coniectura,ſed ſo
la inculpatio nuda ipſius rei , & tūc exculpatio facta per
reū ſuper furca,vt ſupra,habet tollere indiciū inculpatio-
nis.& ita mihi videtur cōcludendū : quæ diſtinctio multū
cōuenit iuri &rationi naturali vt de ſe patet: ita mihi vide
tur cōcludēdū in p̄ſenti quęſtione.& vide quę dixi in ſing.
meo 22.inci.confeſſio offenſi &c.Hippolytus.

SVM-

## SVMMARIVM.

doc.quòd talis donatio firmaretur iuramento, licet Bar.
uideatur tenere contrarium in l.Aurelius.§.fi.ff.de lib.le
ga.& Cy.in l.1.in fi.C.de ſacroſanct.eccl. de quo dixi in
repe.mea l.fin.in 24.char.C.de probat. de quo etiam per
dom.Franc.de Are.in conſi.ſuo 74. incipien. diligenter,
& mature &c.in verſic.ad ſecundum igitur.& per Pet. de
Ancha.in conſi.ſuo 308.incip.nulli dubium &c. Patet e-
tiam alio exemplo. Nam clarum eſt, ꝙ alteri ſtipulari ne
mo poteſt, & talis ſtipulatio non ualet, ut in l. ſtipulatio
iſta.in §.alteri.ff.de ver.ob.& in §.alteri.inſt.de inut.ſtip.
& habetur in l.debitor.in §.fin.ff.de neg.geſt.& in l.quòd
61 dicitur.ff.de verb.obli.† hoc tamen fallit niſi in tali obli
gatione interuenerit iuramentum: quoniam tunc erit ua
lida tali ſtipulatio, ita dixit Barto.in l. ſi quis pro eo.in 6.
membro.ff.de fideiuſſ.& dom.Anto.& Ioan. de Imol.in
cap.cum contingat.de iureiuran.quod etiam firmat dom.
Alexand.in conſi.221.incip.uiſa facti narratione.in pen.
colum.Patet etiam in alio exemplo.Nam licet confeſſio
extraiudicialis non noceat confitenti, ut habetur in l.ca-
61 pite quinto.ff.de adulte.tamen hoc † fallit, niſi in tali con
feſſione interuenerit iuramentum: nam tunc præiudicat
ipſi confitenti, ita dixit dom.Alexand. in l. cum ſcimus.
C.de agrico.& cenſitis. libr. 11. in apoſtill. ad quod ipſe

allegat Bartol. in l. cum quis decedēs.§.codicillis. alias in
§.Titia.ff. de lega. 3. de quo etiam dixi in dicta repetitio.
mea.l. fina.C. de probatio. in 35. charta. Ad idem etiam
63 facit, Nam confeſſio facta abſente parte,† nō probat.vt i
l.certum.in.§.ſi quis abſente.ff.de confeſ.& in l.fin.ff.de in
terrogat.acti.cum ſim.tamē talis cōfeſſio plene probat, ſi
ſit facta cum iuramento, ſecundū Pau.de Caſt.in cōſi.ſuo
241.incip.primo videndum eſt &c. circa princ. Similiter
etiam patet alio exemplo. Nā mulier intercedens pro alio
nō obligatur, niſi renunciauerit Velleiano & fuerit certio
rata de beneficio ipſius Velleiani.ut habeē.ff.& C.ad Vel-
le.maxime in l.2.in fi.ubi eſt bona gl.ff.ad Velle.& uoluit
Hoſt.ī ſumma. de fideiuſ.ī. §. & quis uer. idē eſt.et Io.Ad.
in c.2.de pac.in 6.pro quo alleg.in arg.c.placuit 38.diſtin.
64 & .§. ordinādus. in auth. quomodo opor . epiſco. † iſtud
tamē fallit, niſi mulier promittendo, & intercedendo pro
aliquo appoſuerit iuramentum in cōtractu: quia tūc ualet
obligatio, licet non renuntiauerit Velliano, & nō fuerit
certiorata de beneficio Velleiani.ita dixit Bart.& Ange.i
l.2.C.de reſcin.uendit.& in l.ſciendū.ff.de uerbo. obliga-
tio. & in authen. ſacramenta puberū .C. ſi aduer. uen. &
in l.ſi duo patroni.§.Iulianus.ff.de iureiur.& Archi.& Io.
Andr.in d.c.2.de pac.in 6.& d.Ant.in c.ſi diligēti.de foro
compe.& in c.ex reſcripto.de iureiur.& Bald.in l.1.in fin.
C.de rebus credi.Abb.in c.penul.de empti.& uen.& Ale-
xan.conſi.127. incip. uiſo proceſſu &c. in fin.in 2.uolu.&
in conſi.42.in 8.col.& in conſi.221.incip.uiſa facti narra-
tione.in 1. & 2.col. Aliud eſt etiam exemplum. Nam do-
natio excedēs quingētos ſolidos, ſeu aureos, debet īſinua
ri, alias non ualet l.ſancimus.C.de donatio.tamē ſi in tali
65 donatione † ſit appoſitum iuramentū, ualet talis dona-
tio pariende ac ſi fuiſſet inſinuata.ita dixit Ioā.And.ī addi.
Specu.in tit.de inſtru.edi.in.§.porro.ī ulti.addit. quem ſe-
quitur Ange.in l.ſancimus.in.§.fin.C.de do. ſe remittēdo
ad Ioan.And.ī dicta addit.Et ita etiā firmat Fede. de Se.in
conſi.281.incip.caſus talis eſt: ſtatuto cauetur quòd ſi do-
nationes &c.circa fin.& Ioan.de Imo.in repeti.c.cū cōtin

gat



gat.in 10.membro.circa 4.q.de iureiurā.& ita tenet cōſu-
lendo d.Alex.in conſil.156. incip. viſo inſtrmento dona-
tionis.in 2.vol.& in conſi.4.in penul.col.ī 1.vol. & in eo-
dem volu.in conſi.12.in fi.& in conſi.125.in pe.col. & in
conſi.84.in vlti.col.in 2.volu.& in conſi.8.circa me.in eo.
volu.& ibi in conſil.32.in prin.3. colum. & in conſil. 12.
in fin.2.colum.eo.volu.& in conſi.243. incip. ponderatis.
in 3.colum.& in conſil.244.incip.attentis his.in 4.colum.
& in conſi.276. incip. viſis . in pen.colum. & idem tenuit
Lud.Roma.in conſi.16.incip. pro deciſione.in 1. colū. de
quo latius dixi in dicta reperi. mea l.fi. C. de ꝓba. in 34.
cha.vbi plures alios caſus,& plura alia exempla poſui, i q
bus corruente principali nō corruit acceſſoriū, quādo nō
eſt eadem ratio in principali.quę eſt in acceſſoriū, q̃ prin
cipale, vt eſt iuramentū appoſitū in cōtractu. de quo etiā
dixi in ſingu.meo 17.incipiente, acceſſorium.Et vltra pre
dicta pro iſtis facit optime.Nā ſtante ſtatuto, ꝙ venditio,
ſeu alius contractus excedens ſummā centum, non poſſit
probari niſi per iuſtrumentū publicum: tūc ſi factus ſit cō
tractus execedens dictam ſummā, & eo ſit appoſitū iura-
mentum, ſed de ipſo contractu nō fuit factū inſtrumentū
ſed ſolum interfuerūt teſtes, qđ caſu cōtractus ipſe nō po
66 terit probari per teſtes ex prohibitiōe ſtatuti ꝓdicti:† at
tamen hoc caſu poterit probari iuramentum appoſitum i
dicto cōtractu, quo probaro poterit iudex ergo cogere di
ctos cōtrahētes ad obſeruātiā ipſi⁹ cōtractus qđ eſt multū
nota.ita dixit Ioan. de Imo. in repetitio.c. cum cōtingat.
in 6.chart.de iureiuran. quod dictū refert, & ſequitur do.
Fely.in c. ſicut cōſuetudo. in 6. col.in ver.6. intellige &c.
de probat.pro quo faciunt dicta per Pau.de Caſt.in cōſil.
219.incip.in cauſa quę vertitur. de quo dixi in ſing. meo
126. incip . in multis ciuitatibus &c. ex quibus omnibus
ſatis patet, ꝙ acceſſoriū non ſequitur principale, quādo
non eſt eadem ratio in vtroq;, & quando acceſſoriū eſt po
tentius principali. Ideo ita dicendū puto ī caſu noſtro, ꝙ
acceſſorium quod eſt verificatio delicti cōfeſſati per tortu
ram, nō ſequetur naturam principalis, ſcilicet cōfeſſionis:

cum

cũm talis exiſtentia, & uerificatio delicti, quæ ſubiicitur oculis, ſit potentior ipſa cõfeſſione, cum nõ ſubiiciatur regulis iuris, vt ſubiicitur confeſſio vt ſupra ſatis late oſtenſum eſt. Et ſic per iſta tollitur obiectio facta de reg. acceſſorium. & etiam tolluntur ſequẽtes oppoſitiones factę ſuperius. Et per iſta videtur omnino dicendũ quod iſte re[9] in caſu noſtro ſit cõdemnandus, & puniend[9] pœna vltimi ſupplicii, adductis in contrariũ nõ obſtantibus. Verũtamẽ non audeo hanc partẽ ita indiſtincte affirmare, ꝓpter duo. Primo quia non poteſt negari ꝙ quæſtio iſta nõ ſit multũ dubitabilis, propter iura cõtraria & varia ſuperius adducta, vt ex inſpectione ipſorũ iuriũ apparet. Sed quotieſcũque ſumus in dubiis & obſcuris, & maxime in criminalibus, vbi tractatur de vita hominis ut in hoc caſu: beignor
67 via † eſt amplectenda & ſequenda. ut in l. ſemper i obſcuris. ff. de reg. iur. & in l. factum cuiq;. §. fi. eo. ti. & in regula, ĩ pœnis. de reg. iur. in 6. & ĩ c. eos vero. l. diſtinct. et ĩ l. merito. ff. pro ſocio. & in l. Arrianus. ff. de actio. & obligatio. & voluit Inno. in c. quia veriſimile. de pręſumptio. de quo latiſſime forte ultra omnes locut[9] ſum ĩ repetitione mea l. fi. C. de probationi. ĩ l. charta. & in ſequenti, vbi ad iſtud propoſitum adduxit multas doctrinas. de quo etiã per Iaſ. in l. fructus. in 3. col. verſi. tertio adde. cum ver. ibi ſeq. ff. ſoluto matri. ergo debemus inclinare in mitiorẽ partem, & benigniorem, & ſic debemus potius inclinare, & iudicare dictũ reum eſſe in hoc caſu abſoluendũ, ꝗ condemnãdum. & iſta ratio, & argumẽtatio ꝓ hac parte iudicio meo multum ſtringit: quam rationẽ, et argumentationẽ ſępius adduxi coram officialibus, ſeu iudicibus maleficiorũ, dũ pluries & pluries fui aduocatus pluriũ reorum cauſarum criminalium: cui rationi, & argumentationi nõ fuit mihi datũ congruũ reſponſum, imo ꝓpter hoc multoties feci abſoluere reos inquiſitos, ſeu accuſatos. Secundo nõ audeo hanc partẽ indiſtincte firmare, ſcilicet, quod ĩ caſu noſtro reus poſſit ad mortem condẽnari, & hoc ratione. Nam ſi iſte reus poſſet in caſu noſtro condẽnari ad mortem, daretur iudicibus materia deliquẽdi, et iniuſte ꝓcedẽdi cõtra homines



homines in cauſis criminalibus, in quibus tractatur de vita hominis: & multi homines perirent cõtra rigorẽ iuris. Nam vnuſquiſq; iudex ex abrupto, velo leuato, nullis pręcedentibus indiciis, & nullo iuris ordine ſeruato poneret homines ad torturã, & multi propter cruciatũ torturæ cõfiterentur commiſiſſe aliquod delictũ, quod forte vere cõmiſiſſent, cũ nemo ſine crimĩe viuat: & ſic multi homines perirent hac via, quod nõ eſt dicendũ. ideo videtur ex hoc quod dictus reus non ſit condemnandus, ne aperiatur via iudicibus procedendi iniuſte et indebite, & ne det eis materia delinquendi. Nam iudex indebite & iniuſte procedens dicitur delinquere. maxime cũ iurauerit in principio ſui officii iura & ſtatuta ſeruare. & ſæpe taliter ꝓcedẽdo facit litem ſuam. vt habetur in titu. de pœna iud. qui male iudi. & in l. prolatam. C. de ſentẽ. Et ideo dixit Bald. in c. 1.
68 §. ſeu furtum. in 5. col. de pa. iur. fir. † quod cognoſcere iuris ordine non ſeruato, eſt ius alterius auferre. Et iudex ꝓ
69 cedens extra ordinem, † dicitur procedere de facto, ſecũdum Bal. in l. ictus fuſtium in vlt. col. ff. de his qui not. infa. Et illud dictum Bal. in d. §. ſeu furtum. refert & ſequitur Catal. in ſuo tractatu ſyndic. in verſi. 425. incip. adde ꝙ cognoſcere. & d. Hiero. tortus in conſilio ſuo, qd̃ fecit pro cõmune Florentiæ incip. In nomine patris & filij & cęt. in 16. colum. Et iſta prætermiſſio ordinis iudiciarii non eſt parui momẽti, & maxime in cauſis criminalib[9]. Et ideo dixit Bald. in l. ſi accuſatoribus. in prin. 2. col. C. de accuſat. per illũ text. quod in cauſis criminalibus ordo iuris eſt ſer
70 uandus. † Et Papa non poteſt tollere ordinem iudiciarium, niſi quo ad forum ſuum. ita dixit glo. not. ĩ cle. diſpẽdioſam. in verbo, vſuris. de iud. quam ad hoc refert Bald. in l. eos. in §. ſuper his. in fin. C. de vſu. Et omiſſio ordinis
71 inducit † pręſumptionem fraudis, ſecundũ gloſ. in l. 1. C. de fide inſtrumen. & iure haſtę fiſ. lib. 10. quã refert, & ſequtur Ludo. Roma. in conſilio 53. incip. viſis. in vlti. colum. Et in hac materia ordinis iudiciarij teneas menti not. verbum Ange. in conſilio 176. quod refert, & ſequit̃ do. Philip. Dec. in conſi. 74. in 4. colu. verſi. & ſpecialiter vbi dixerunt,

xerunt,ꝙ quando in inſtrumẽto venditor promittit emptorẽ defendere de iure,& de facto, & ꝙ plus eſt,obligat ſe ẽt ſi per iniuriã iudicis res euincatur hoc pactum intelligitur,quando per ignorãtiam iuris vel facti iudicis euinceretur,ꝙ iudex ſeruato iuris ordine proceſſit:ſecus aũt eſſet ſi ꝑtermiſſo ordine iuris iudex ꝓcederet,& res euinceret:quia iſto caſu vigore ꝓdictę ꝓmiſſionis vẽditor nõ obligaretur.&adducũt no.rationẽ,de qua per eos in dictis locis.Et adde ſing.verbum Bal.in c.cum cauſam. in ulti.col.
72 de teiſtb.vbi dicit † ꝙ banna de facto lata ſine ordine iudiciario,debẽt cãcellari.& alleg.Inno.& gl.ibi.Et facit ẽt. Nã licet ſpoliatus a iudice non habeat interdictũ recupe-
73 randæ,† ut uoluit gl.not.in c.præſentium.7.q.1.& habetur.in c.notum.2.q.1.& uoluit Specu. in tit.de poſ.& pe. in §.fina.in princ.& Bal.in l.fi.per illũ tex .a contrario ſenſu.C.vnde ui.iſtud eſt uerũ, & dicta iura ꝓcedũt,ſi iudex qui ſpoliauit ſpoliãdo ſeruauit ordinẽ iuris : ſed ſecus ſi non ſeruauit ordinẽ iuris :quia tũc ẽt ſpoliatus a iudice debet reſtitui.ita not.dixit Soci.in conſi. 12.inc.quoniam in præſentiarum.in 3.col.in 1.uolumi.ubi ad hoc allegat plura iura,de quibus ibi per eũ . de quo etiam latius dixi in l.qui cædem.in penul.col.ff. de ſica.Facit etiã ad prędi-
74 cta.Nã nullus † inferior a principe poteſt cõmittere cauſas iuris ordine nõ ſeruato,etiam ſi eſſet legatus,ſecundũ glo.in c.fi.in uer. figura.de hæreticis. in 6. & hoc ibi tenet Lap.& Dom. de ſancto Gem.& uoluit.gl.in clem.ſępe.in uerbo,mandamus,de uerbo.ſignifica.& ibi hoc firmat Zenzelinus.& Pau.de leaza. & Card. & uoluit Spec. in tit.de legato.in §.ſupereſt.i 1.col.& uoluit Pau.de Caſt. loquẽs de iſtis gubernatoribus ciuitatũ in cõſil. 94.incip. uiſo quodã proceſſu agitato.in 2.col.in 1.uolum.ubi etiã dicit,ꝙ de hoc eſt caſus in l.ne quicquã . in §. fi.ff. de offic. proconſulis.ad quæ uide Alexan.in conſilio 106.inc.perſpectis.in 5.col.in 2.uolu.& Bal.poſt Guliel. in l.ne quicquam.in §.de plano.ff.de officio procõſulis.& Ang.in ſua quæſt.quæ inc. Aſtenſis miles.& do.Ant.in c. dilecti . de iud.Et Alex.in l.nemo põt.in 1.col.ff.de leg.1.& d.Roch.

Cur.



Cur.in c.fi. in 112.col.de conſuetud.& in rub.de conſuetu.in ulti.col.& do.Anto. Corſe.in not.in uerbo,ſentẽtia in uerſ. ſententia ut ſcis &c. Et ultra prædicta ſcias ꝙ gu-
75 bernator ciuitatis , † nec ẽt legatus de latere nõ poſſunt ſupplere ſolẽnitates proceſſus,ſecundũ Abba.in conſ.25. inc.attingã iſta dubia &c.in 1.col.in 1. uolum.pro quo faciunt dicta per do.Pet.Philip. Cor.in conſi.68.incip.aliquandiu &c.in 3.col.in 2.uolu.Et adde ꝙ adeo eſt ſeruan-
76 dus ordo iudiciarius,ꝙ teſtes inordinate † recepti non ꝓbant,ẽt ſi ſunt recepti a Cardinalibus.ita not.dixit Bal.in auth.ſed & ſi quis.in ult.col.C.de teſt. & põt eſſe rõ,quia
77 ubi nõ eſt ordo,† deficit ſubſtãtia,ſm Bal.in c.1.in 1.col. qui ſucceſſ. tene. in uſi. feu. Videamus etiam ꝙ teſtis nõ
78 legitime examinatus,† non facit indicium,ẽt ſi talis teſtis ſit legitimus & idoneus. ita dixit Bald.in c.1.§.ſacramentũ.in 2.col.de cõſue.recti feud.quem refert,& ſequtur Barb.in cõſi.10.inci.illud &c.in antep.col.4.uol.pro quo faciunt dicta per Iaſ. in repetitione l. admonendi . in 81. col.in fi.ff.de iureiu. Et circa hãc materiam uide omnino plura , & plura not. quæ adduxi in l.qui cædem. in pe.& ulti.col.ff. de ſica. Et ultra ibi dicta uide not. uerbum Alber.de Roſa.in 2.parte ſtatutorum.qõ. 15. incip. quærit
79 etiam Guliel.&c.ubi dixit,ꝙ ſi iudex facit † præceptum pœnale alicui ſine cauſæ,cognitione , ſi ille contrauenerit,non cadit in pœnã.Et ratio poteſt eſſe:quia iudex pro-
80 cedens contra aliquem ſine cauſæ cognitione , † cenſetur tanquam priuatus,& ſibi non eſt obediendum,ſecundum Cardi.in clem.1.in fi.de celeb.miſ.quem refert,& ſequitur d.Feli.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ. in 12.col.de conſtitu.de quo ẽt dixi ſupra in §.nunc uidẽdum. nu.39.Adde etiam in materia iſta unũ,uidelicet,quòd licet dicaſ,ꝙ pręſumitur pro iudice & pro eius ſentẽtia ,ut habetur in l.2.C.de offi.ciui.iud.& in c.piſanis. de reſtitu. ſpoliato.&
81 in l.Herennius.in §.Gaia. ff. de euictio. hoc † eſt uerũ,ſi iudex ſeruauit debitũ iuris ordinẽ in procedendo : ſed ſi omiſit debitũ ordinẽ in procedendo , nõ præſumitur pro iudice,non pro facto ſuo, ita dixit Bal.in l.ſancimus.in 4.

col.

col.ver.13.quæritur.C.de iudi.quod dictũ refert,& ſequi
tur do.Paris de pu.in tractatu ſyndi.in 19.charta.in 3.co
lum.&c.Et iſte ordo iuris nedum debet ſeruari in iudiciis
ordinariis,ſed ẽt in extraordinarijs . Et ideo dixit mul-
tum nota.Inno.in c.tua.ad fi.de cohabi.cleri. & mulier.ꝙ
82 ſicut omiſſio ordinis iudiciarij † reddit proceſſum nullũ
in ordinarijs iudicijs ut in l.prolatam.de ſenten. ita omiſ
ſio qualis qualis ordinis in extraordinarijs iudicijs uitiat
ipſum iudicium . quod dictum refert , & approbat Petr.
de Ancha.in conſi. ſuo.66. inci.viſis diligenter . circa fin.
quos refert & ſequitur d.Fely.in c. 1. de lite conteſtata.in
3.col.in uerſi.dicas tamen.& in c.eccleſia ſanctæ Marię.in
12.col.ver.5.not.de cõſti.de quo dixi in ſing.meo 256.in
ci.eadem ratio &c.& in l.qui cædem, in pen.col.uerſic.nõ
omitto tñ.ff.de ſicc. Et ſcias etiam ꝙ iudex non ſeruãs or
83 dinem † iuris,dicitur iniuſte facere,ſecundũ Ioan.And.&
Gemi.in ca.dilecto.de ſenten.excommunica.in 6.& Ang.
in l.1.ff.ne quis eum.& Ang.de Aret.inſtitu. de actio.in §.
quadrupli.in 3.char.& ideo tali caſu poteſt ipſi iudici reſi
ſti de facto per regulam,quæ habet,ꝙ iudici iniuſte proce
denti põt reſiſti de facto:ut dixi ĩ §. diligenter.nu.51.& in
l.1.in prin.in 6.col.uer.aliud etiam ſequeretur &c.ff.de q̃-
ſtio.Scias etiã,ꝙ adeo iuris ordo eſt ſeruandus in iudicijs,
84 ꝙ etiam † talẽ ordinem iudiciorũ nõ poſſunt partes re-
mittere,ita habetur in l.2.in §.ſed quia ueremur.C.de iu
ramento calum.& habetur in authen.offeratur . C.de lit.
cõteſt.& in c.de cauſis.de officio deleg. & habetur in c.cũ
olim.de cauſa poſſ.& proprieta.& per Bar.in l.quoties.C.
de priuil.ſchol.lib.12.& per do.Anto.Corſe.in no.ſuis.in
uerbo,ſententia in uerſi.ſententia ut ſcis &c.& per glo.&
docto.in c.fi.de ſententia, & re iudica.in 6.& per Alexan.
in l.ius publicũ.ff.de pactis.Et ratio quare partes nõ poſ-
ſunt renuntiare ordini iudiciorum eſt, quia ordo iudicio
85 rum † fuit introductus ꝓpter publicã utilitatẽ , ſecundũ
Cardi.in clem.ſæpe.in prin.in 12. q.de uerbo. ſignifica.&
iõ renuntiari non põt per partes.l.ius publicũ.ff.de pac.&
uolunt docto.in dictis locis.Dixit tñ Barto.in l.ſi ſocieta.
tem.



tem.in §.arbitrorũ.in 3.colum.ff.pro ſocio.ꝙ prędicta ha
bet locũ corã iudice ſed ſecus eſt coram arbitro: quia co-
86 ram arbitro põt † renuntiari ordini iudiciorũ , ſecundũ
eum ibi.Et iſte ordo iudiciarius requiritur in cauſis crimi
nalibus,ut dixit Specu.in tit.de accuſatio.in §.1.in 1.ĩ ult.
col.uer.in ſumma . de quo ẽt uide omnino q̃ dixi in ſing.
meo 293.incip. ſtatutum tollens &c. Et hæc omnia dicta
de iſto ordine iudiciario multum faciunt in quęſtione no
ſtra pro dicto reo,ut non poſſit condẽnari ꝓ dicto homi
cidio,cũ cõtra eũ nõ fuerit ſeruatus ordo iuris : ſed iudex
ꝓceſſerit ex abrupto,leuato uelo,ut dictũ eſt , & indebi-
te torſerit eum.Et ut dixi,ne detur materia delinquẽdi iu
dicibus, & ꝓcedẽdi uelo leuato non uideť mihi, ꝙ dictus
reus ſuꝑ tali ꝓceſſu, nullo , & inualido poſſit condẽnari,
nec ẽt debet abſolui ſtante uerificatione delicti,& hoc ut
delicta non remaneant impunita l. ita uulneratus.ff. ad
leg.Aqui.cũ ſimili.Quid ergo dicendũ uidetur: ego puto,
ſaluo ſemper ſaniori iudicio ſic eſſe dicendũ: uidelicet,ꝙ
dictus reus non poterit condẽnari uigore illius ꝓceſſus
attẽta nullitate,& inualiditate dictæ confeſſionis, & con
ſequẽter omniũ retro agitatorũ: ſed iudex debebit ipſum
reum abſoluere,non tñ diffinitiue,ſed ſolum ab obſerua-
tione iudicii : poſtea aũt ipſe iudex debebit formare nu-
dã inquiſitionẽ dicti maleficij contra dictum reum,& con
tra eum procedere ſeruatis ſeruandis: & poſtea ſuper illo
ꝓceſſu nouiter facto poterit condẽnare dictum reum,&
hoc mõ ſeruabitur ordo iuris,& tale delictum non rema-
nebit impunitum,ut decet.Et hãc determinationẽ & con
cluſionẽ ad hanc quæſtionẽ elicio ex quodam conſilio An
ge.quod in ordine eſt 178.& incipit , uiſis actis prædictis
&c.ubi dixit,ꝙ quando libellus eſt ineptus,ſeu inquiſitio
87 eſt inepta,quicquid ſequitur † eſt ipſo iure nullum.& di-
88 cit ꝙ Guil.de Cug.ꝑ l.ſi patronus libertum.ff. de iureiur.
dicit ꝙ exceptio ieptitudinis † reddit iudicium retro nul
lum:& ꝙ ẽt poſt ſententiã poteſt hoc opponi . Itẽ ẽt ſub
dit,propter ineptitudinẽ nullꝰ proceſſus intelligiť factus,
ergo non poteſt ſeq; ſentẽtia diffinitiua. & ideo dicit ipſe
Ange,

Ange.ꝙ ſi tali caſu iudex aliquam pœnā vult inferre,poterit illam extra ordinē imponere,non tamen poterit imponere,pœnā ordinariā:quia ordo proceſſus iam facti repugnat. vnde dicit ꝙ in tali caſu tutior eſt via,ꝙ abſoluatur reꝰ ab obſeruatione iudicii ꝑꝑ libelli ineptitudinē, & iterū ꝓcedi poterit:& dicit ꝙ ipſe ita cōſuleret, & iudex in tali caſu fugeret retia ſindicatorū.& dicit ꝙ licitū eſt iudici in tā dubiis eligere ſecuriorē partē,vt habetur,in l.dos a patre.C.ſolut.matri.Et refert Ange.in dicto.conſi.178. in fi.ꝙ alias ipſe ita obtinuit de facto dum eſſet aduocatus domini Rainerii Lanf.de Piſis olim poteſtatis Peruſii,dū erat in ſindic.qui nō obſtāte inquiſitione inquiſitos abſoluit ꝑꝑ ineptitudinē libelli,ſeu inquiſitionis, & poſtea de nouo inquiſitionē formauit, & proceſſit. Ita dico in caſu noſtro,ꝙ poſtquā dicta confeſſio facta ꝑ torturā indiciis non præcedentibus eſt nulla,& inualida, ꝙ ipſe reus non poterit cōdēnari ſuper dicto ꝓceſſu:ſed iudex debebit ipſum abſoluere ab obſeruatione illius iudicij, & poſtea debebit nouū proceſſum inchoare,& nouā inquiſitionē formare de dicto maleficio cōtra dictū reū:& ſeruatis ſeruādis poterit dictū reum diffinitiuè condēnare: & hoc modo delictum nō remanebit impunitum, & ſolemnitates a iure requiſitæ erunt ſaluæ.Et ita mihi videtur concludendum in hac notabili quæſtione &c.Hippolytus.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudex torquens non præambulis indicijs an puniendus in ſyndicatu.Et qua pœna nu.10.*
2 *Iudex procedens ſine debita cauſæ cognitione facit litem ſuam.*
3 *Iudex delinquens in officium,non iuuatur ratione officij.*
4 *Officialis procedens de facto facit litem ſuam.*
5 *Illicitum perueniens ad optimum finem,non excuſat a pœna.*
6 *Dominus non tenetur ad expenſas procuratoris impetrantis per ſimoniam ſuo nomine.Et idem in iudicio calumnioſo. 7.*
8 *Iudex ferens ſententiam etiam iuſte poſt terminum inſtantiæ debet puniri.*

*Iudex*



9 *Iudex pretergrediens legum limites,præſumitur doloſus.*
11 *Penam eſſe collatam in arbitrio iudicis quando intelligatur.13.*
12 *Res indeterminata ſtat in iudicis arbitrio.*

§. SVcceſſiue videndum eſt de tertia quæſtione dependēte a proxima ꝓcedēti quęſtiōe, quę tertia quæſt. talis eſt,videlicet, vtrum in caſu qōnis pręcedentis iudex, q dictum reū poſuit ad torturā nō pręcedētibꝰ indi
1 ciis debeat puniri in ſyndicatu † ꝓ tali illegitima tortura. in quo videt dicēdū ꝙ nō: qa poſtq̄ ī ueritate iſte reꝰ erat culpabilis,&vere cōmiſerat dictū delictū,poterit cōtra eū ꝓcedi nō ſeruata ſolēnitate iuris. arg. tex. not. & eorū, q̄ ibi habentur in l.fi.§.fi.ff.quod met.cau.vbi habet,ꝙ valet executio contra debitorē,etiā ſi in ea nō ſint ſeruatę ſolēnitates iuris,quādo in rei veritate ille talis, cōtra quē eſt facta executio erat debitor in ueritate:de quo tex.latiꝰ loquutus ſum ſupra in §.præcedēti.nume.39. ideo eodē modo uidebatur dicendū in caſu iſto:videlicet,ꝙ poſtq̄ in rei veritate iſte reus cōmiſerat dictū delictum, ꝙ nō eſſet aliqua pœna puniendus dictus iudex, q poſuit eū ad torturā non præcedentibus indiciis legitimis. Præterea pro hac parte facit etiam. Nam poſtquā ex opera dicti iudicis res iſta occulta peruenit in lucē,videtur ꝙ dictus iudex magis ſit laudandus,& præmiādus,quam vituperandꝰ, & cōdemnandus. argumen.eorū quæ habentur in l. ſed ſi lege. in §. conſuluit.ff.de petitio.hæredita.& ꝙ voluit Bal. in l.1.C. ne ex delictis defunct.in 5.col.ī ver.itē tenet lege Cornelia &c. Attamen contrariā ſententiā & opinionē puto veriorem,ſcilicet,ꝙ imo dictus iudex,q in ſimilibus, in quibus tractatur de pręiudicio irreparabili exceſſit modū,& non ſeruauit debitas ſolēnitates à iure requiſitas, debeat puniri de tali exceſſu,& de tali tortura ſine indiciis illata.
2 Nā iudex ꝓcedēs ſine debita cauſę cognitiōe,punit: † qa facit litē ſuam ſecundū Bal. in l. obſeruare. in. §. ꝓficiſci. in 15. quęſtione.ff. de officio procōſulis.Itē iudex nō obſeruans

3 ſeruans iuris ordinem,vel debitam conſuetudiné,† redigi
tur ad inſtar priuati,nec iuuatur ratione officii,cũ delique
rit in ipſum officium,cõtra naturam ipſius officii ita dixit
Bald. in conſi.336. inci. factum ſic proponitur.in 4. volu.
Pro quo facit . Nam tutor non bene adminiſtrans bona
pupilli, non fingitur tutor. ſed tenetur tanquam quilibet.
l.qui fundum.§.ſi tutor.ff.pro empt.l.interdũ.§.qui tutela.
ff.de furtis.facit.l.item apud labeonem.§. quæſtionis.ff.de
iniuriis de quo etiã in ſimili ꝑ Guido.de Suza. in tractatu
ſuo maleficiorum.in antepen.char.in vlti.verſi.incip.an ſi
iudex &c.& ibi Ludo.Bologni. in addition. Et dixit Bald.
in l.lectos.ff.de pericul. & cõmodit.rei vendi. ꝙ officialis
4 procedens de facto † facit litẽ ſuã : & ꝙ tali caſu poſſunt
iura cedi contra ipſum,ſicut cõtra priuatũ.quod dictũ re-
fert,& ſequit Catal.in tractatu ſyndi.in verſi.3003.incip.
adde ꝙ officialis &c. Nec videtur ſufficere ſi dicat, ꝙ poſt
quã res bene ſucceſſit, & poſtquã ipſe reus fuit repertꝰ in
vero delicto, non debet puniri ipſe iudex ꝓ dicta tortura
debita,ſed imo eſt laudandꝰ, & pręmiandus,vt ſupra dixi.
Quia reſpondeo pluribus modis.Et primo dico,ꝙ quãdo
aliquis fecit aliquod illicitũ,nõ excuſatur a pœna illius il-
5 liciti , † licet illicitum peruenerit ad optimum finem , ita
probat tex.ĩ l.deſertoré.§. in bello.ff.de re. militar.vbi di
xit text. ꝙ q rem prohibitã à duce belli fecit, vel mãdata
ab ipſo duce belli non impleuit,capite punitur,etiã ſi res
bene ſucceſſerit.pro quo facit dictum Abb.in c.bonę el 2.
6 de poſtula.pręlato.vbi dixit,† ꝙ ſi procurator impetrauit,
& obtinuit per ſimoniam aliquid nomine domini,ꝙ domi
nus non tenetur ſibi reſtituere expenſas, quas fecit.Et fa-
ciũt dict. ꝑ Mod.in l.1.§.ſi procurator.ff.ſi qs ius di.nõ ob.
7 vbi dicũt,ꝙ ſi procurator egit iudiciũ calumnioſũ† nomi
ne domini,& obtinuit, ꝙ nihilomnįꝰ nõ poterit hoc caſu
repetere expenſas,quas fecit à domino. ꝓ quibus etiã fa-
cit nam iudex ferens ſententiã etiam iuſte poſt terminum
8 inſtantiæ † debet puniri,ſecundũ Pet.de Anch.in c.unico.
de reſti.in inte.li.6. in vlti. col. Et facit etiam ad pręđicta
quod voluit Bald.ĩ cõſi.233.inci.quæritur &c.in fi.ĩ 1.vo-





9 lu.vbi dixit,ꝙ iudex † pręſumitur doloſus,quãdo trãſgre
ditur leges.Ita dicẽdũ uidetur ĩ caſu noſtro,in quo iudex
uelo leuato trãſgreſſus eſt leges,& iura,merito debet puni
ri nõ obſtantibus adductis in contrarium.Sed opereptiũ
eſt ſcire qua pœna ſit puniẽdus talis iudex: ĩ quo videtur
dicendũ,ꝙ eſſet puniendus pœna mortis,eo qa iudex tor
10 quens aliquem indebite, † uel doloſe, debet puniri pena
mortis,ut dixit Bal.ĩ l.decuriones.C.de quæ.&ibi Ang.&
uoluit Ioan.de Ana.in ca.1.in 3.colum.de cleri.percuſ.&
Angel.de Aret.in tractatu malefic.in uerbo, fama publi.ĩ
15.char.uerſi.tertio quęro.& uolunt allii docto.quos retu
li in l.quæſtionis modũ.in ulti.col.ff. de quęſt. & ĩ l.repe-
ti.ĩ.1.col.eo.tit.Et i caſu noſtro talis iudex indebite torſit
nõ ſeruando leges,uel ſtatuta uolentia ꝙ reꝰ nõ poſſit tor
queri, niſi pręcedant indicia, & alia neceſſaria. itẽ doloſe
proceſſit tranſgrediendo legẽ, & procedẽdo uelo leuato,
ut dixit Bald.in d.cõſi.233.ergo uidetur,ꝙ debeat puniri
pœna ultimi ſupplicii per dicta iura,& ratiões.de quo etiã
latius dixi ſupra in.§. expedita. nu.87. Attamen prædictis
iuribus & rationibus non ob.crederẽ quod hoc caſu dictꝰ
iudex nõ deberet puniri pœna mortis. attento qđ pur nõ
torſit innocentem,ſed uere nocentẽ,& culpabilẽ,& uerũ
homicidã.& ideo magis credo quod ſit puniẽdus arbitrio
iudicis,ſeu ſuperioris, cũ in tali caſu nõ ſit ſtatuta,nec ſpe
11 cialiter ordinata certa pœna: quo caſu † pœna ĩtelligitur
eſſe collata in arbitrio iudicis.ut habetur in l.1.§.expilato
res.ff.de effrac.& expil.& in l.hodie.ff.de pæ. & in l.3.uer.
ſtellionatum.cum uerſi.ſeq.ff.de cri.ſtellio.& probatur ĩ ſi
mili in l.1.ff.de iur.del.& in l.fi.ff. de acti.emp. & ĩ l.in uẽ-
ditiõe.§.in tempore.ff.de bon auto.iudic.poſ.& in l.mora.
in princ.ff.de uſur. & in l.cõtinuꝰ.§.cum ita.ff.de uerb.obli
ga.& in c.fin.de trãſactio. & in c. finem litibus.de dolo,&
contu.& in c.de cauſis.de officio delegati.& in c.quærenti.
de uerbo.ſignific.in quibus iuribus habetur ꝙ res ĩdeter-
12 minata ſtat in arbitrio iudicis. † de quo etiam ꝑ Alex.in
cõſilio 111.incip.ponderatis uerbis.in 6. col.in 1.uolu.de
quo latius dixi in l.de minore.in prin.in 8.col.uer.qua au

tem pœna &c. ff. de quæſt & in l. lege Cornelia. in fi. ff. de ſica. Et à contrario ſenſu dicimus, ꝙ vbi pœna eſt expreſſa
13 ĩ lege, vel ſtatuto, vel in alia diſpoſitione: † tũc nihil operatur arbitriũ iudicis. & ideo ſtante ſtatuto, ꝙ ĩ maleficijs iudex habeat liberũ arbitriũ, tale ſtatutum intelligit ſolũ in delictis, ſeu maleficiis, qbus nõ eſt expreſſa pœna ĩ lege, vel ſtatuto. ſecus autem erit in maleficijs, ĩ qbus ſtatuto imponit certa pœna: quia in illis nõ poterit recedere à ſtatuto, & tunc nihil operabitur eius arbitrium. ita dixit Pau. de Caſtr. in l. certo generi. §. ſi totus. in fi. ff. de ſerui. ruſtic. prędio. & in conſil. 119. incip. notandum eſt &c. in 2. col. & idẽ dixit Bal. in c. 1. in 7. col. de mi. va. qui cõtumax eſt. & idem tenuit Corſe. in no. ſuis. ĩ verbo, ſtatutũ. ĩ not. incip. ſtatuto cauet, ꝙ pro homicidio &c. Et facit ꝙ voluit Bal. in l. fi. C. de prob. circa fi. vbi dixit, ꝙ licet quando ꝓceditur ex pſumptionibus mitigetur pœna, tamen quãdo pęna habet certos fines, nũquã poteſt ex qualitate ꝓbationis augeri: quod dictũ refert. & ſequit Fran. Brun. ĩ tracta. ſuo de indi. & tor. in 6. char. in 1. col. & dicit Bal. in d. l. fin. ꝙ ex hoc iudices debent eſſe confitenti finibus pœnarũ, prout ſcriptæ vel notatæ ſunt à iure. de qbus etiã dixi in repe. mea rub. C. de proba. in 1. col. in fi. de qbus etiam per Geor. Na. in Cle. ſæpe. in §. nõ ſic tamen. in 15. col. de verbo. ſignifi. Tene menti prædicta quia ſunt quotidiana, & tractabilia.

*SVMMARIVM.*

1 *Ratio naturalis ſubrogatur loco legis.*
*Et illam corrigit. 2.*
3 *Lex eſt omne quod ratione conſiſtit.*
4 *Iudex ad quem in criminalibus, an teneatur ſtare proceſſui iudicis à quo, vel nouum proceſſum inchoare.*

5. OCcurrit modo alia quæſtio. valde dubia, q̃ nõ memini me vidiſſe ad aliquo tactam, licet quotidie occurrat ĩ facto. de quo mirã dũ eſt ꝙ aliqui docto. & maxime ſcribẽtes ſuper





ſemper maleficiis eam non tetigerint, & illã ꝓpter eiꝰ frequentiam non examinauerint. Quę quidẽ quæſt. talis eſt. In aliqua ciuitate ſunt plures magiſtratus, et plura officia, vt eſt ĩ hac nr̃a ciuitate Bononię mihi patria: ĩ qua primꝰ eſt R. dominꝰ gubẽrator, ſeu locũtenens legati apoſtolici. Item eſt magnificus dominus Vexifer iuſtitię, & Antiani. Item dominus Poteſtas iudex ordinarius, qui habet merũ & mixtum imperiũ, & omnimodã gladii poteſtatẽ. Itẽ ſunt etiã tribuni plebis, qui vulgariter appellant Domini de collegio. Item eſt etiã iudex Mercatorum. Modo pone ꝙ Antiani vel Tribuni plebis capiunt aliquẽ accuſatũ, vel denuntiatũ de aliquo crimine: & eum de facto torquẽt ſine aliquibus indiciis, vel aliter indebite non ſeruato iuris ordine, nec ſeruatis ſeruandis: & ipſe confitet ſe cõmiſiſſe illud delictum, quo ſtante cõfeſſio ſua eſt nulla. per gl. in l. pe. ff. de quęſtio. circa quod plura dixi ſupra in. §. Secũda q̃ſtio. in pluribus ver. Poſtea talis reus remittit ꝑ dictos Antianos vel Tribunos plebis ad Poteſtatem, & ſic ad iudicẽ ordinarium. qui iudex interrogat ipſum reũ vtrũ cõmiſerit delictũ, quod cõfeſſus eſt cõmiſiſſe in tortura corã Antianis vel Tribunis: et ipſe reus iterũ cõfitetur ſe dictũ delictũ cõmiſiſſe, an hoc caſu iſta cõfeſſio facta ſine tortura corã ipſo Poteſtate noceat ipſi reo, & habeat pro ratificatione dictę primæ cõfeſſionis factę in tortura corã Antianis: vel præſumat facta metu tormentorũ ſicut prima fuit facta indebite et iniuſte ꝑ cruciatũ torturę corã Antianis vel Tribunis plebis. Vel pone ꝙ dicti Antiani, vel Tribũi habebãt indicia cõtra dictũ reũ de dicto maleficio, & vigore dictorũ iudiciorum incœperunt torquere eũ, attamen eum nõ torſerunt ſufficienter, poſtea eũ remiſerũt ad Poteſtatẽ: an hoc caſu ipſe Poteſtas vigore ĩdiciorũ, quę erãt cõtra iſtũ reũ poſſit ipſum de nouo ſuficienter torquere incipiendo nouã torturã, nõ habito reſpectu ad illã primã quã ſibi intulerũt Antiani vel tribuni, vel debeat habere reſpectũ ad illam torturã, & illã computare in tortura, qua ipſe vult inferre dicto reo. Et põt poni exẽplũ. Cõtra illũ reũ erãt duo indicia, ꝓpter quę Antiani vel Tribũi de

derunt ipſi reo quatuor ictus torturæ,& poterant ſibi da
re ſex,cum de conſuet.totius Italię pro quolibet indicio,
dentur tres ictus torturæ.Mō ptās uigore dictorum indi
ciorum uult torquere dcm̄ reum , an poterit ſibi dare ſex
ictus torturæ ꝑꝑ illa duo indicia contra eum exiſtentia,
uel ſolum poterit ſibi dare duos ictus, qui deficiebant ad
numerum ſex,computando illos 4.ictus,quos habuit ab
Antianis uel Tribunis?& ſic utrū̃ tortura illata reo ab vno
magiſtratu, ſeu officiali , dēat computari ipſi reo ab alio
officiali ꝓcedente contra ipm̄ reū ꝓ eodem crīe.Vel aliꝰ
iudex ꝓcedens,ut dixi,contra ipm̄ reum poſſit incipere&
finire nouam torturam,nullo habito reſpū ad illam pri-
mam torturā,q̃ paſſus eſt ipſe reus corā alio primo iudi.
uel magiſtratu ꝓ eod.delicto . Et veræ iſtæ ambæ qōnes
ſunt multū dubitabiles,& apud me ualde ambiguæ ſunt,
& maxime importantiæ & effectus. Quo.n. ad primā mi
hi vr̄ dicendum,ꝙ d.confeſſio prima per ſecundā non di
catur ratificata nec dicatur aſſumere aliqđ robur per di
ctam confeſ.factam coram ptāte,& hoc attenta nullitate
& inualiditate ipſius primæ confeſ.factæ coram Antianis
vel Tribu.plebis.Nam ēt ſi dicta ſecunda confeſ. eſſet fa-
cta coram eodemmet iudice,coram quo fuit facta prima,
non ualidaret primā.cum clarū ſit,ꝙ confeſ. facta ꝑ tor-
turam non præcedentib.indiciis ltīmis non ualeat , ēt ſi
millies ratificetur,ſm̄ gl.in l.pen.ff.de qō. de quo ibi late
dixi.& ſupra dixi in §.ſecunda qō.nu.2.& ſimiliter omnia
inde ſequentia ſunt nulla,ut dixi in dictis locis. Veruntn̄
aliquod dubium facit in hoc caſu : quia dicta ſecunda cō
feſſio non fuit facta in eodem iudicio, & coram eodē iu-
dice,ſed corā diuerſo iudice.Quod tn̄ non vr̄ obſtare,qa
licet fuerit facta corā diuerſo iudice, non tn̄ fuit facta cir
ca idē delictū.variatio.n.iudicū non uariat delictū. Et iō
mihi vr̄ ꝙ oīno dicta prima confeſ.facta ſuper eodē crīe
vna cum confeſſione ſubſequuta ſit null ,licet ſit facta co
ram diuerſis magiſtratib.dicta ſecunda confeſ.ex qua nō
poterit condemnari ipſe reus.Sed poſſet forte in hoc ca-
ſu fieri diſtinctio hoc modo,vꝫ,ꝙ aut iſte reus, qui fuit





primo ab Anti nis īdebite,& iniuſte,uelo leuato,ſine īdī
ciis tortus erat homo idiota & rudis: qui nullam doctrinā
nec experiētiā habebat,utputa,erat quidam ruſticus, uel
mulier,qui nō intelligunt requiſita à iure in ſimillibus.&
tūc videtur quod dicta cōfeſſio ſecūda facta corā poteſtate
nō noceat ipſi reo,ſicut nec prima facta corā Antianis uel
Tribunis ei nō nocuit.per gl.d.l.pe.ff. de qō.quia ipſe reꝰ
uidetur hoc dixiſſe uigore torturæ præcedētis: cogitans
ꝙ ſicut fuit indebite tortus ab Antianis vel Tribunis , ita
poſſet de nouo indebite torqueri ab ipſo Ptāte:& hoc ti-
more ductus fuerit cōfeſſus corā ptāte,arg.illius carminis
videlicet.Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo,Omni
bus vnca cibis æra ſubeſſe putat &c. & iō dicta confeſſio
eſt nulla ſicut prima.ar. eorū, q̃ habentur in d.l.pe.& in l.
repeti.ff.de quæſt. Aut erat homo ſagax , practicus & ex-
pertus,q verisimiliter poterat ſcire, ꝙ poteſtas eum non
torqueret,niſi haberet ſufficiētia indicia,& ſeruatis ſeruā
dis propter timorē ſyndicatus:& tunc talis confeſſio facta
ſecundo loco coram poteſtate ei noceret:quia non videre
tur illum feciſſe timore torturæ,quæ ei non poterat de iu
re inferri:ſed talis confeſſio hoc caſu uidetur magis ſpōte
facta ex conſcientia criminis.Vel poſſet ēt dici aliter vide
licet,qđ ſi anteq̃ ipſe reus torqueretur a poteſtate,ipſe po
teſtas dixiſſet tali reo,vt ſolēt dicere boni iudices,ꝙ non
dubitaret de aliqua illicita tortura,q̃ ei inferret iniuſte,&
de facto,ſed diceret veritatē de eo,quod erit interrogatꝰ:
tunc ſi confiteretur,talis cōfeſſio ei præiudicaret, quia nō
præſumeretur facta metu tormentorū.Et licet de iſta mi-
hi non occurrant ꝑſentialiter iura:tn̄ habent in ſe ratio-
1 nem naturalē , quę ſubrogatur loco legis † vt habetur in
l.cum rō.ff.de bon.dam.& in l.ſcire oportet.§. ſufficiat. ff.
de excu.tutor.& in l.fin.ff.pro ſoc.& volunt gl.in c. ex eo.
de elec.in 6. & non minus attenditur rō naturalis , quam
lex,ſecundū Pet.de Anch.in conſil. 216. incip.ſcripſit &c.
2 in vlti.col.imo rō naturalis corrigit † legem,ſecūdū Bart.
3 in proœmio.ff.in §.fi.† Et iō dixit And.de Iſer.i proœ feu.
in vlt.col.ꝙ eſt rationabile dictum,ita debet mouere iudi

cem ad iudicandum,ſicut ipſa lex:quia lex eſt oẽ quod ratione conſiſtit.quod dictum refert & ſequitur Iaſo.in l.illã.in 3.col.C.de colla.& in authen.ſi qua mulier.in 3.col. circa princ.C.de ſacroſan.eccle.Et dixit Bald.in conſil.38. incip.Thomas &c.in fin. in 3.volum.quod ratio naturalis cuncta recte diſponit,& vix reperitur aliquid contra rationem naturalem,quod non remordeat conſcientiã. de qua ratione naturali plura dixi in repe.mea rub.C.de prob.in 38.colum.Quo autem ad ſecundam q.videlicet, an tortura illata reo per vnum iudicem debeat reiterari ꝑ aliũ iudicem, cui remiſſus eſt ipſe reus vel debeat cõputari in numero torturę habendæ, & patiendæ corã iudice ad quem eſt remiſſus talis reus? in quo videretur primũ dicendum, ꝙ in totũ tortura deberet reiterari, cum ipſe poteſtas ad quẽ remiſſus fuit dictus reus ſit nouus iudex,& debeat facere nouũ proceſſum,& nõ teneat̃ ſtare ꝓceſſui alterius, cũ ipſe teneat̃ i ſyndicatu ſi male ꝓceſſerit: vt habet̃ in toto tit.de pœ.iudi.qui male iudi.& voluit Bart.in l.non du
4 bium.ff.de cuſt.reo.vbi dicit,ꝙ in † cauſis criminalibus iudex ad quem remiſſus eſt reus,nõ tenetur ſtare proceſſui facto ꝑ iudicem,qui reũ remiſit: ſed ipſe poteſt facere nouum proceſſum.ad quod alleg. quæ habent̃ in §.ſi vero crimen.in authen.de ſanc.epiſ.& ꝑ Guliel.de Cu. in l.magiſtratibus.ff.de iur.om.iud.& ibi per Iaſ.in ſi.Attamen contrariũ credo verius:videlicet, ꝙ imo iſte poteſtas ſecũdus iudex debebit cõputare torturã iam habitam , & paſſam per ipſum reum ab alio iudice,ſcilicet ab Antianis vel Tribunis plebis,ne ipſe reus magis nec durius torqueatur , ꝙ̃ iura,honeſtas & conſuetudo patiant̃. Nam ſi poteſtas habens eadem duo indicia,quæ habebant Antiani,torqueret reũ tribus ictibus torturæ pro quolibet indicio:ſequeret̃ ꝙ ipſe reus haberet quinq; ictus torturæ ꝓ quolibet indicio,& ſic excederet̃ modus & ordo torturę conſuetus. Itẽ ſequeret̃ ꝙ prima tortura in nullo cõputaret̃,& ꝓ nihilo haberet̃, & nõ eſſet in cõſideratione ꝙ vere ſaperet iniquitatẽ & iniuſtitiã.Itẽ ſequeret̃ ſi vnus reus remittere tur pluribus iudicibus diuerſis tẽporibus ꝓ eodẽ delicto,

ꝙ



ꝙ poſſet ab vnoquoq; iudice de nouo torqueri ꝓ eo delicto:ꝙ mõ aliquo nõ eſt dicẽdũ,nec de rigore iuris, nec de ęquitate.Et licet ſuꝑ hac q.nõ habeamus tex.vel gl.vel doctrinã expreſſam alicuius doc.tñ habemus rõnẽ naturalẽ, ꝗ̃ vt ſupra dixi,ſubrogatur loco legis.Sed vltra rationẽ naturalẽ adduco no.verbũ Iaſ.in l.inter ſtipulãtẽ.§.ſi Stichũ. in pe.col.ff.de ver. oblig. vbi examinãdo certã quæſtionẽ dixit poſt multa,ꝙ declaratio quæ fit ex mera volũtate iudicis nõ tranſit ad ſucceſſorẽ in officio: ſed ſecus eſt in declaratione,ꝗ̃ fit ex veriſimilibus cõiecturis,vel ex actis cauſæ:qa illa bene trãſit ad ſucceſſorẽ in officio . & hoc tenet Bart. ſm eum in l.ab executore.in princ. ff.de app.& in l. terminato.C.de fruct.& lit.expen.& Bal.in l.ſi. C. de leg. & Ang.& alios in d.§.ſi Stichum.Et ſubdit ipſe Iaſo.ibi,ꝙ ratio huius eſt:quia cenſetur idem iudiciũ & eadem perſona.alle.l.proponebatur.ff.de iud.&c.innotuit.de elec.Ideo ſubdit,ꝙ officiũ cuius reſpũ anteceſſor inquiſiuit, vel ſentẽtiauit nunquã moritur.c.gratioſe.de reſcrip.ideo ſucceſſor in eodẽ offõ põt declarare.de quo latius ꝑ Iaſ.in §.Stichũ.Ex quibus verbis colligit̃ deciſio prædictæ q. ſaltẽ argumẽtatiuẽ:videlicet,ꝙ iudex ſuccedẽs in dicta cauſa. Antiani vel Tribuni plebis nõ poterit ĩcipere nouã torturã , ſed poterit inceptã ꝑficere : & ſic tenebit̃ ipſi reo torturã iã habitã corã Antianis,vel tribunis cõputare cũ tortura ꝑ eũ danda ipſi reo . Pro qua cõcluſione ẽt faciunt dicta per Bal.& Pau.de Caſt.in l.eos.in §.ſuper his.C.de app. Et faciunt no.verba Pau.de Caſt.in l.edictũ.ff.de iud.quæ oĩno vide ꝓ deciſione huius q.vbi inter cętera dicit,ꝙ numerus citationũ factarũ a primo iudice dẽt compleri a iudice ſucceſſore,& nõ dẽnt de nouo inci.pro quo ẽt vide eundẽ Pau.de Caſt.in l.mortuo iudice.eo.titu.vbi dicit,ꝙ iudex ſubrogatus loco alterius iudicis,dẽt iudicare ex eiſdẽ actis vt not.in l.ſi vt proponis. C.qũo & qñ iudex. & ſubdit ꝙ non ſoluitur iudiciũ, licet ſoluatur iuriſdictio. Et faciunt ẽt dicta ꝑ eundẽ Pau. de Caſt.in l.proponebatur.ff.eo. tit. de iud.vbi dicit,ꝙ nõ eſt neceſſe inchoare iudiciũ de nouo licet aliq̃ ex iudicibus ſint mutati, & aliq̃ loco illorũ ſint

ſub-

ſubſtituti,imo i'li ſubſtituti reaſſumēt cām in eodē ſtatu; in quo erat ante dictā mutationē:de quo ibi latius ꝑ eum. Et ꝓ prædictis ēt faciunt optime dicta ꝑ Lud.Rom.conſ. 279.incipien.circa primum quæſtionis articulum &c.in 1. col.vbi omnino videas:quia dicta ibi per eum multum deſeruiunt quæſtioni noſtræ &c. ex quibus remanet expedita ipſa quæſtio ſatis dubitabilis.

## SVMMARIVM.

1 *Procurator in cauſa criminali an admittatur.*
*Et an ad vnum articulum tantum.2. 3.*
*Et an ad opponendas exceptiones dilatorias.4.*
*Et in quibus aliis caſibus.19.24.25.26.42.*
5 *Minor an poſſit petere reſtitutionem in integrum per procuratorem in cauſa criminali.*
6 *Procurator interuenire poteſt in cauſa criminali, quando petitur,quod ſententia declaretur nulla.*
*Et quando interuenire poſſit.8.27.29.30.31.36.41.46.*
7 *Iudex quando poſſit compellere reum comparere perſonaliter,ſiue ſit locus torturæ ſiue ſimplici interrogationi.*
9 *Probationes factæ tempore lapſo,ſed admiſſæ parte non opponente, non ſunt validæ.*
10 *Iudicium agitatum cum excommunicato valet,ſi non fuit reiectus a parte,vel a iudice.*
11 *Probationes in contrarium contra præſumptionem iuris & de iure admiſſæ valent,ſi non ſit oppoſitum.*
12 *Inſtrumentum per clericum confectum valet, ſi ei non opponatur.*
13 *Religioſi Sancti Franciſci quando poſſint eſſe teſtamenti executores.*
14 *Clericus prohibetur fideiubere pro alio,& quid ſi fideiuſſerit.*
*Multa impediunt contrahenda,quæ non dirimunt contracta a nu. 14.vſque ad nu.·.ſupra.*
15 *Negatiuam quando inducat neceſſitatem præciſam. 18.*
16 *Papa de potentia ordinaria an poſſit in cauſa criminali procuratorem admittere.*

*Et*



*Et an princeps hoc poſſit per reſcriptum. 17.*
20 *Statutum promittens impunitatem occidenti bannitum, de quo bannito intelligat.*
21 *Accuſatio de vulnere facta ſequuta morte,an teneat locum accuſationis de morte.22.23.*
28 *Exceptio quòd delictum,de quo quæritur ſit impunibile,an impediat litis ingreſſum.*
32 *Obligatio impoſſibilium nulla.*
33 *Iudicis præceptum impoſſibile nullius eſt momenti.*
34 *Impoſſibilitas excuſat ab excommunicatione.*
*Item appellationem a perſecutione appellationis.35.*
37 *Carceratus an poſſit citari, & quando proceſſus contra eum factus valeat.*
*Et an excuſetur a termino non ſolutæ penſionis.38.*
39 *Bannitus pro contumace an poſſit haberi.*
40 *Legum diſpoſitiones naturalibus conueniunt.*
43 *Iudex debet quærere ex officio ſuo probationes innocentiæ rei, etiam nullo hoc petente.44.*
45 *Actus ex ſolennitate perperam interueniente an vitietur.*
47 *Iudex dēt audire extraneum allegantem innocentiam abſentis.*
48 *Cautelis in pernitiem animæ non vtendum.*

§. SEquitur modo quinta quæſtio valde quotidiana, quæ quotidie paſſim quaſi in omni iudicio ſeu cauſa criminali occurrit:quæ vere eſt magnæ importantiæ & effectus.circa quā fiunt ſæpiſſime allegationes in voce,& in ſcriptis:quæ quæſtio eſt iſta:uidelicet,an in cauſa criminali poſſit interuenire procurator. Quam quæſtionem cum omnibus ſuis dependentibus, emergentibus & connexis latius, & forte melius omnibus aliis examinat Maria. Socin.in ſua ſolenni repe. c. veniens. de accuſatio.&c. ideo ego ſolum circa ipſam quæſtionem ꝓcedam ſuccincte per quaſdam concluſiones, quas puto de iure veras adducendo ēt aliqua vltra Maria. & alios vſque ad hæc tempora. Et ideo intrans dictam quæſtionem dico
1 primo,ꝙ regulariter † in cauſa criminali non admittitur

procu-

procurator: vt habetur in l. penu. §. ad crimē. ff. de publ. iudi. & in c. veniens, extra de accu. & in l. ſeruum quoq; §. publice intereſt. ff. de procura. & in l. reos. C. de accu. cū ſim. & vtrobiq; per doct. Et hoc ꝓcedit nedum ad totam cām,
2 † ſed etiam ad vnum articulū tantum: qm̄ etiam ad vnū articulum tantum non pōt procurator comparere in cauſa criminali. ita dixit Bald. in l. reos. circa 9. col. verſi. quæro circa hanc partem. C. de accu. & Spec. in titu. de procu. in §. 1. ver. ſed nūquid media &c. & Saly. in d. l. reos. in 12. col. in verſi. quæro an ſaltem ad vnum articulū. vbi dicit, quod ſi reus ſit in vinculis detentus, quod procurator non poterit interuenire ad actū ſubſtantialem iudicii, ſed ad alium actū ſic: vt ſunt poſitiones & earum reſpōſiones & teſtiū productiones. & hæc dicit voluiſſe Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de procu. in d. ver. ſed nunquid media &c. & huic opi. aſſentit Bar. ſecundum eū in d. §. ad crimen. Refert tamen ibi Saly. aliquos tenētes contrariū, & bonis rationibus, quos ipſe ſequitur. ſubdens tñ ꝙ ꝓcurator in cā criminali pōt interuenire ad ꝓducendū ſimpliciter vt nudus miniſter: & ibi allegat rōnem. De qua q. an & quando procurator in cauſa criminali poſſit interuenire ad vnū
3 articulum tm̄, † vide vltra prædicta doc. in c. veniens, & in d. §. ad crimen. & in d. l. reos. & Anto. in c. ex parte. in 15. col. de teſti. & Spec. in tit. de legato. in §. excipitur. verſic. quid ſit certus articulus cauſæ. & Io. And. in c. inquiſitionis. ſuper verbo, interdum. de hæret. in 6. in nouel. Et an
4 procurator † in cauſa criminali admittatur ad opponēdas exceptiones dilatorias, vide doc. diſtinguentes in dictis locis. & vide Alex. in conſil. 238. incipient. viſa copia &c. in vlti. col. in 6. volu. Et ſcias quod adeo eſt verum hoc, quod in cauſis criminalibus non admittitur procurator, ꝙ hoc etiam habet locum in petēdo reſtitutionem in integrū aduerſus ſnīam latam in cauſa criminali contra minorem.
5 † Nam ipſe minor non poterit per procuratorē petere reſtitutionem in integrum in cā criminali: ſed debebit ipſe minor perſonaliter comparere ad hoc petendum. ita dixit Bal. in l. 1. in §. pen. in fin. ff. de poſthu. quod dictum ꝓ not. &



& ſingu. refert & ſequitur Francif. de Are. in c. veniens. in 22. col. de accuſa. de quo ego dixi in ſingu. meo 22. incip. reſtitutio in integrum &c. Scias tamen quod quando pe-
6 titur, † ꝙ ſententia lata in cauſa criminali declaretur nulla, poteſt ad hæc interuenire procurator. glo. eſt not. in c. hoc quippe. 3. q. 6. quam ad hæc magnifacit Franciſc. de Aret. in d. c. veniens. in 25. col. verſic. & adde &c. de accuſā. & hanc partem tenet Bal. in l. reos. in penulti. colum. C. de accuſat. Item adde etiam hic not. verba Bald. in l. fina. C. de procurato. in ſecunda colum. in verſ. tu dic quod vbi ſunt &c. vbi dicit, quod vbi ſunt indicia contra reum pro
7 bata iudici ordine iudiciario, † quod tunc poteſt cōpellere reū perſonaliter cōparere, ſiue ſit locus torturæ, ſiue ſimplici interrogationi. Si autem nō ſunt aliqua indicia cōtra reū legitime probata tūc nunquā poteſt iudex auferre reo beneficium mittendi procuratorē legitime inſtructum. & idem dixit ipſe Bald. in l. ſeruum quoq; in §. publice intereſt. ff. de procuratori. & Alexan. & Iaſo. in d. l. final. C. de procurato. poſt med. Modo vltra prędicta ego quęro: pone ꝙ procurator, qui nō poteſt interuenire in cauſa criminali vt ſupra dixit, interuenit & non fuit oppoſitum, nec fuit
8 repulſus, ſed tacite admiſſus. † An iſto caſu valeat iudiciū. in quo gl. valde not. in c. 1. in verbo, criminalis. extra de iudi. in 6. dicit quod valet tale iudicium. & idem dixit gloſſ. in l. quamuis indubitati. C. de adult. ꝓ quibus facit. l. filiuſ famil. in §. veterani. ff. de procu. & l. ita demum. C. eodem titu. cum glo. ſua. & facit glo. in l. reum criminis. C. de ꝓcurato. Et hanc partē tenet etiam Spec. in tit. de ꝓcuratori. in §. 1. verſ. item ꝙ eſt miles. & Domi. de ſancto Gemi. in c. 1. de iudi. in 6. & Archid. in c. qui ad agendum. de procura. in 6. & Ioan. de Lig. in d. c. veniens. & Angel. in d. §. ad crimen. & Franc. Accur. in d. l. quamuis indubitati. quem ibi refert & ſequitur Cyn. & Saly. Et idem tenet Cepol. in cautella ſua 222. incipient. ſtatuta quandoque &c. vbi allegat pro hac parte Ang. de Are. in tract. malefi. in verſi. qui iudex videns quod inquiſiti nō cōparent. in pen. col. verſic. quæro pone ꝙ in criminali &c. Et Oldrad. in conſil. 136. incip.

inc.omiſſa prolixitate.in pen.colum.ubi etiam plura ſimi
lia alleg.Et hanc partem etiam tenet Ang.in d.l.quamuis
indubitari.Pro qua parte faciunt dicta per Alex.in conſi.
157.inc.in cauſa & lite vertente.in fi.in 2.vol.ubi dixit,
ꝙ probationes,quæ debebant fieri intra certum tempus,
9 †& ſi factæ ſunt poſt illud tempus,& ſi ſint admiſſæ parte
non opponente,tunc ualent.ita dixit Inno.in c.fraterni
tatis.de frig.& malefi.& in c.cum Bertoldns.de re iud. &
in c.cum dilecta.de reſcr.& Ant.in c.is qui.de ſpon.& di-
cit quòd eſt de mente Bar.in l.inter ſtipulantem,§.1.ff.de
verbor.oblig.& hoc ibi clarius uoluit Ioan. de Imo. Et
idem uoluit Alexand. in conſi. 212. ſecundum ordinem
meum,inc.viſo & opportune.in col. Et faciunt dicta per
Ludo.Roman.in conſi.215.inc.duo ſunt quæ principali
ter quæruntur.in 1.col.ubi in iſtis propriis terminis te-
net hanc partem, & dicit ꝙ ſi procurator interuenit in
cauſa criminali & fuit admiſſus,& non fuit oppoſitum,
ꝙ ualet iudicium,ad quod all.glo. in d. c.1.de iud.in 6. &
docto.in dictis locis. & dicit quòd pro hac parte facit.
10 Nam iudicium agitatum cum excommunicato † valet ſi
non fuit reiectus à parte,uel à iudice, licet alias excom-
municatus non poſſit ſtare in iudicio per c.intelleximus.
de iud.hoc dicit probari in c.pia.ad finem.de excep. in 6.
& no.in c.exceptionem.eodem ti.in antiq.pro quibus al
leg.l.ita demum.C.de procu.& d.§.ueterani. Et faciunt
etiam ſecundum eum ibidem quæ habentur per gloſſ. in
auth.quib.mo.na.effi.leg.in §.ſi quis ergo.uerſi.ſi ergo li
centia &c.quam glo.ponderat Barto.ſecundum eum in l.
poſt mortem.in §.neque.ff.de adop. ubi dicit, quòd uali-
da ſunt facta per procuratorem,etiam ſi per eum fieri nõ
poſſent,quando fuit admiſſus ad faciendum, eo quod nõ
fuit ſibi aliquid oppoſitum.Subdit etiam ipſe Lud.Rom.
vbi ſupra,quod pro hac parte faciunt dicta per Inn. in d.
c.fraternitatis.de frig.& malefic.ubi dixit, ꝙ licet contra
11 præſumptionem iuris,& de iure non †admittatur proba
tio in contrarium, niſi per confeſſionem partis. l.fin. C.
arb.tute.l.antiquæ.C.ad Velle.Attamen probatio admiſ
ſa



principem, vel ſuperiorem, ſi apponat dictam clauſulam,
quantum ſi eam non apponant, cum, vt dixi, intelligatur
appoſita, vt actus magis valeat quam pereat. Tene menti
prædicta, quia ſunt lucri, & honoris plena, & ita notanda,
ꝙ nihil ſupra, & ab omnibus non ſunt cognita, nec recita
ta, & hæc ſatis ſint circa hanc octauam quæſtionem, &c.

## *SVMMARIVM.*

1 *In cauſa criminali an concludatur in cauſa. nu. 5.*

2 *Teſtes publicatis atteſtationibus, & poſt concluſionem in cauſa poſſunt produci in cauſa criminali. nu. 8.*

3 *Concluſio in cauſa non obſtat productioni in cauſa criminali. Et in quibus locum non habeat. nu. 6.*

4 *Teſtes in cauſa hæreſis non obſtante proceſſus publicatione produ ci poſſunt.*

7 *Iudex an poſſit ex officio ſuo inducere teſtes contra reum accuſa tore præſente.*

9 *Concluſum in cauſa quando dicatur.*

10 *Iudex an poſſit inuitis partibus, uel altera tantum concludere in cauſa.*

11 *Partes an cogi poßint per iudicem ad concludendum.*

12 *Iudex poteſt tacitè, & expreſſe reuocare concluſionem in cauſa.*

13 *Concludi in cauſa in uno articulo tantum, & in alio non de par-*
*tium*

tium conſenſu concludi poteſt.

14 *Probationes an fieri poſſint poſt concluſionem in cauſa.num.* 32. 40.42 & 45.

15 *Concluſum in cauſa perinde eſt, ac ſi eſſet iudicatum.*

16 *Concluſio in cauſa æquiparatur ſententiæ.*

17 *Produci aliquid iuris uel facti an poſſit poſt concluſionem in cã. nu.*50.

18 *Iudicis nullæ ſunt partes in cogendo poſt concluſionem in cauſa.*

19 *Denunciatio per emptorem de lite mota, an poſſit fieri poſt concluſionem in cauſa.*

20 *Comparere per procuratorem in cauſa criminali poſt concluſionẽ in cauſa an quis poſſit.*

21 *Accuſatus poſt concluſionem in cauſa non poteſt petere, quòd accuſator ſe inſcribat ad pœnam talionis.*

22 *Iudex ſuſpectus poſt concluſionem in cauſa recuſari non poteſt.*

23 *Confeſſio vt errònea poſt concluſionem in cauſa non poteſt reuocari.*

24 *Exceptio excommunicationis an poſſit opponi poſt concluſionem in cauſa.nu.*30.

25 *Allegari an quicquam poſſit poſt concluſionem in cauſa.*27.

26 *Poſitiones poſt concluſionem in cauſa produci non poſſunt.*

28 *Conſilium ſapientis ex forma ſtatuti poſt concluſionem in cauſa peti non poteſt.nu.*49.

29 *Iuramentum de veritate, vel de calumnia poſt concluſionem in cauſa non admittitur.*

31 *Conſtitutio diſponens in cauſis pendentibus non habet locum, ſi concluſum fuit in cauſa.*

33 *Aequitas ſuadens multa impetrat, quæ alias non concederetur.*

34 *Attendendum eſt non ſolum quod licet, ſed etiam quod decet.*

35 *Impoſſibile reputatur illud quod non decet.*

36 *Iudex ex officio ſuo debet manifeſtæ iniquitati occurrere.*37.

38 *Indebitum ſolutum vigore alicuius ſententiæ repeti poteſt æquitati ſuadente.*

39 *Princeps non poteſt tollere ea, quæ ſunt iuris ciuilis, ſi in ſe habeant æquitatem naturalem.*

41 *Allegare turpitudinem ſuam quando liceat.*

43 *Notoria videntur excepta in qualibet diſpoſitione.*

*Exceptio*



44 *Exceptio notoria, quæ ex ſuſpicione ſententiæ apparet, poteſt opponi contra tres ſententias conformes.*

46 *Cautela, quòd poſt didicita teſtificata poſſint produci teſtes.*

47 *Statuta loci poſſunt ſemper produci, & our.*

48 *Iuramentum deferri in ſupplementum probationis an poſſit peti poſt concluſionem in cauſa.*

51 *Statutum cogens partes ad faciendum compromiſſum non petitũ in cauſa principali, an poſſit peti in cauſa appellationis.*

52 *Articulis rei admiſſis ad inſtantiam actoris poſt concluſionem in cauſa, an tacite uideatur reuocata concluſio in cauſa antea facta.*

53 *Probari an poſſit illud, quod eſt extra tempus probatorium.*

54 *Patris conſenſus non requiritur quando filiusfamilias ex delicto conuenitur.*

§. SEquens quæſtio 9.eſt in ordine, quæ not.&
1 vtilis eſt, in qua quæritur† an in cauſa cri-
minali concludatur in cauſa. in qua breui
ter dicas ꝙ non, ut habetur in l.vnius faci
noris.in §.cogniturum.ff.de quæſt.& facit
in ar.tex.in l.1.in fi.e.ti.& hoc voluit Bar.
per illa iura in extraua.ad repri.in verb.ſubſequentia, &
Bal.in l.1.in 3.col.C.de cond.indeb.& in l.ſi accuſatorib.
in fi.C.de accu.& Cy.in l.damus.C.de fal.& Ang.de Are.
in tract.malefi.in verbo, qui iudex ſtatuit terminum ad
opponendum contra proceſſum.cir.3.col.& Lu.Ro.in cõ
ſi.175.inc.dictum ultimum laudum.in 2.col.in uer.inquã
tum dicitur quòd tex.in l.quamuis &c. & Bald. in l.certi
condictio.in prin.ff.ſi certum petatur.& Ludo. Roma. in
repe.l.1.in 3.colum.ff.de arb.ubi dicit, quòd contrarium
tenuit Ang.& male.in l.pactum inter hæredem.ff.de pac.
Et iſta eſt communis opi.ſcribentium, quæ habet ratio-
nem & ęquitatem in ſe: quia congruum & rationabile eſt
vbi tractatur de vita hominis, vt ſemper poſſit reus face-
re eius probõnes & defenſiones.argu.c.vbi periculum.de
elect.in 6.cum ſim.Et ideo dixit Bar.in l.diui fratres.ff.de
2 pœnis.† ꝙ in cauſa criminali poſſunt produci teſtes pu-
blicatis

blicatis atteſtationib.& ēt poſt concluſum in cā, & idem
dixit ipſe Bar.in l.2.in §.ſi publico.in 6.col.in ver.vlterius
quæro.ff.de adul.& Barto.in l.4.§.hoc autem iudicium.in
pen.col.ff.de dam.infect.& in auth.qui ſemel.in 3.colum.
3 C.de prob.vbi expreſſius dicit, ꝙ renunciatio † vel con-
cluſio in cauſa non obſtat productioni in cauſa crimina-
li.all.l.iuriſgentium.§.ſi paciſcar.ff.de pac. Pro quibus fa-
cit optime quod dixit Ang.in l.per hanc.C.de temp.app.
4 in 8.col.vbi inquit,ꝙ in cauſa hæreſis,† non obſtante pu-
blicatione proceſſus,poſſunt produci teſtes.all.c.ſi.de hæ-
re.in 6.& idem dixit Gem.in c.vt officium.in §.verum.eo.
ti.& li.Et vide etiam in hac materia no. uerbum Bal. in c.
1.de reſt.in integ.lib.6.in apoſt.ubi dixit,quòd licet in in
5 diciis † fiat concluſio in cauſa,ut in c.auditis.de procur.&
in c.teſtibus.de teſti.& in c.cum dilectus.de fide inſtr.ta-
men in cauſa ſtatus,vel corporis nunquam poteſt in cau-
ſa concludi,quod eſt ſing.ſm eum.quod dictum pro no.re
fert & ſeq.Fel.in c.cum dilecti.in 4.col. ver. adde elegans
dictum &c.de accuſ. & hanc partem quòd non conclu da-
tur in cauſis criminalib.tenet Iaſon in repe. l. admonen-
di.in 24.col.in fi.de iureiu.in ver.ſed in criminalibus &c.
de quo etiam dixi latiſſime in l.1.§.fi.in 2.col.verſic. item
no.ff.de quæſt.Et ibi etiam poſui nota. verbum perpetuo
menti tenendum,vz,ꝙ licet communis opi.docto. ſit ve
ra,ꝙ in cauſis criminalib.non obſtet publicatio,ſeu con-
6 cluſio in cauſa:tamen iſtud † non procedit, ubi petitur no
ua examinatio ad offenſam rei,quia tunc tali examinatio
ni obſtat publicatio,ſecus autem ad fauorem rei, ita not.
dixit Sal.in l.fin.in vl.col.C.de quæſt. & voluit Franc.de
Are.in c.fraternitatis.de teſti.in 8.char. quos refert & ſe-
quitur do.Fel.in c.cum clamor.in 3.col.de teſti. de quo e-
go etiam dixi in ſing.meo 90.incip.fauorabiliores &c. ad
quæ faciunt dicta per Bal.in conſi.ſuo.276.inc.tex.in quo
ante fin. in 1.vol.& per Alex. in l.2.in §. ſi publico. in 13.
apoſt.ff.de adulter.& in l.4.§.hoc autem iudicium. in ulti.
colum.verſicu.ad iſtam quæſtionem &c. ff. de damno in-
fecto.vbi refert Fran.Tigri.in l.qui accuſare.C. de edend.





dicētem,ꝙ licet ad defenſionē rei poſſit iudex ex officio
ſuo præſentē accuſatore inducere teſtes. l.ſi nō defendant
7 ff.de pœnis. † tamen ſm eum non reperitur iure cautum,
ꝙ iudex poſſit ex officio ſuo inducere teſtes contra ipſum
reum,ſi accuſator ſit præſens & accuſationem proſequat.
Nec obſtare videtur prędictis dictum Bar.in l.unius. in §.
1.ff. de quæſtio. ubi dicit ꝙ publicatio teſtiū nō obſtat qn
8 ēt ad offenſam non poſſint etiam alij teſtes † examinari,
quod etiam uoluit Angel.de Are.in trac.ſuo malefi.in uer
bo,cōparuerunt dicti inquiſiti,& negauerunt totū.in vlti.
char.in uerſi.quæro an poſt publicationē. ubi ad hoc etiā
alleg.Bart.in ſua diſpu.incip.iudex maleficiorum.ꝙ etiam
uoluit ipſe Ang.de Aret.in d.tract.in uerbo, qui iudex di
ctum proceſſum publicauit in 1.col.uerſic. ad hoc allegat.
docto.in d.authent. qui ſemel de proba. Quoniam poteſt
reſponderi,quod dictum Bart.in d.l.unius.§ 1. & aliorum
ubi ſupra intelligitur, ꝙ publicatis teſtibus in cauſa crimi
nali,poſſunt recipi teſtes ad cauſam: hoc eſt uerum ſuper
nouis capitulis non autem ſuꝑ eiſdē capitulis,ſecus aūt ad
defenſam:qa poſſunt recipi publicatis teſtibꝰ,etiam ſuper
eiſdem capitulis,ita ſoluit Saly.hoc cōtrarium in d.l.fi.C.
de quæſtio.in ulti.col.quam ſolutionis teneas menti:quia
not,eſt.Pro qua ſolutione,& dicto facit optime regula il-
la uidelicet,qđ fauorabiliores ſumus ad liberandū, quam
ad condemnandum,de qua in l.Arrianus. ff.de act.& obli.
& in l.fauorabiliores de reg.iur.de qua dixi in ſingu. meo
90.incip.fauorabiliores.Et quia hæc materia concluſionis
in cauſa eſt multum utilis & quotidiana,nedum in cauſis
criminalibus,ſed ēt in ciuilibus,& in ipſa materia tangun
tur plures & diuerſi not.articuli & plures qōnes non omit
tendæ,ideo non immerito hic quærā de aliquibus.Et pri-
9 mo quæro.quādo † dicatur cōcluſum in cā?in quo dicas,ꝙ
dicitur tunc concluſum eſſe in cauſa, quando renuntiatū
eſt allegationibus,& oībus probationibus.ita dixit glo.in
c.cum dilectus in verbo,concluſum.de fi.inſtru. & idem di
xit gl.in auth.de teſta.in §.ſi uero quædam. in uerſic.con-
cluſerint.& gloſſ.in c. ſignificauerunt in uerſic. liquere de

teſt. ubi dicitur etiam eſſe cõcluſum in cauſa quãdo iudex
manifeſtauit,quam ſñiam ferre vult,ſecundum Bald. in l.
admonendi.in 2.col. ff.de iureiuran.vel etiam, ſecundum
eum,ibi dicitur eſſe concluſum in cauſa, quando iudex fe
cit citare partes ad audiendum ſententiam. de quo etiam
per Ioan.And.in c.fina.de in integ.reſti. Item dicitur etiã
eſſe concluſum in cauſa,quando per iudicem eſt datus ter
minus ad probandũ,& ꝓbatũ habẽdũ,quod intellige quo
ad probationes facti , non quo ad allegationes iuris,ſm
An.in c.licet cauſam.in 3.col.de proba.& voluit Dom. in
c.pia.in 5.col.de excep.in 6.& Alex.in conſi.101.incip.vi-
ſo proceſſu.in penul.col.in 2.volu.& idem videtur cõclu-
dere & tenere Spec.in tit.de dila.§.videndum.verſi.quid ſi
data ſit dilatio.& in tit.de inſtrumen.edi.in ver. nũc dica-
mus.verſi.dicit autem.& idẽ videtur tenere Archi.in c.iu-
dicantẽ.30. q. 5. pro quibus faciunt dicta ꝑ Dominos de
Ro.in ſuis deciſ.deci.162.Item ille,qui ſe approbandi poſ
ſibilitate excludit,videtur cõtra ſe in cauſa cõcluſiſſe, ſecũ
dum Inno.Hoſtien.& Ioan.And.in c. ſuper eod. de appel.
quos refert & ſequitur Bald.in c.1.in 10.col. in fi.de mil.
vaſ.qui contumax eſt.Quæri etiã põt, an iudex poſſit inui
10 tis † partibus,vel altera tantum inuita,concludere in cau
ſa? in quo glo.quam omnes reputant ſingu.in clem.ſępe.
de verbo.ſignificatio.in verſic.concluſionem . tenet ꝙ ſic.
quam gloſ.communiter approbant docto.

Item an partes poſſint cogi per iudicem ad concluden
11 dũ † in cã, vide Bal.in c.1.circa me.ſi de inue.inter domi.
& vaſ.lis oria. Et in materia adde hic do.Anto.in c. dudũ.
el.1.in fi.2.col.de elec.vbi dixit,ꝙ iudex poteſt tacite , &
12 † expreſſe reuocare concluſione in cauſa,recipiẽdo proba
tiones poſt concluſioné in cauſa. & etiam hoc põt facere
expreſſe.& idem voluit domi.Anto.in c.auditis.in 2.colũ.
de reſtitu.ſpo.& in c.auditis,in 4.colum.de procura.quem
ſequũtur Moder.in c.fraternitatis.de teſt. & volũt Domi-
ni de Ror.in deciſi.v.incip.itẽ ſi poſt concluſioné in cauſa.
& Card.in clemẽ. de teſtib.in 2.col.de teſti.& Abb.in cap.
cum dilectus. de fide inſtrumẽ.& in cap.quoniã contra in





14.colum. de proba.& Alexã. in conſil. 296. incipien. di-
uini numinis.in 3. colum.Itẽ in materia iſta vide etiã Bal.
13 in d.l.ſi accuſatoribus. C. de accuſ. vbi dicit, † quod de cõ
ſenſu partiũ poteſt concludi ĩ cauſa in vno articulo tantũ,
& in alio non,& dicit de hoc eſſe gloſ.ordi.in authen.de te
ſti.in §. quia vero ſepæ.Vlterius etiam quæri poteſt gene
14 raliter loquendo,† an poſt concluſum ĩ cauſa poſſint fieri
probationes? in quo dicas ꝙ nõ,generaliter loquendo. ita
habetur ĩ c.paſtoralis.de cau.poſ.& propri.& ĩ l.1.C.de re
la.Pro quo faciunt dicta per Bald.in l.error.C.de iu.et fac.
igno.in 4.colum.vbi dicit,ꝙ quando cõcluſum eſt.ĩ cauſa,
15 † perinde eſt,ac ſi eſſet iudicatum. & idem etiã voluit An
to.in c.auditis.de procura.& Bart.in l.ſi mater.in.§.eandẽ.
ff.de exceptio. rei iudi.in vlt. verbis. & Bald.in auth.ſi. iu
bemus.C. de iudi.& ibi Ang.& Salyce.& Lud.Roma.in.l.
ſi Titius.ff.de verbo.oblig. & Ang.de Aret.in.§.appellan-
tur.in 4. col. inſtitu.de exceptio. Pro quibus faciunt dicta
per Abba.ĩ c.1.de excep. in princi. Et facit glo.in l.ſi idem.
ff.de euict.quę dixit,quod cõcluſio ĩ cauſa equiparat ſen-
16 tentiæ,† quod etiã dixit Guil.de Cu.in l.1.ff.de mino.& glo.
in l.ſi in rem.§.fin.de euic. Et facit dictũ Bal.in l. nec cau
ſas.in princ.C.de app.vbi dixit,ꝙ poſt cõcluſum in cauſa,
17 non † poteſt produci aliquid iuris vel facti,quod etiã dixit
Anto.in d.c.paſtoralis.& Bar.ĩ tract.ſuo de iudicijs.in ver.
nono quæro.Et dixit Inno.ĩ d.cap.paſtoralis.de cauſa poſ.
18 & ꝓprie.ꝙ poſt cõcluſum ĩ cauſa,† nullæ ſunt partes iudi
cis ĩ cognoſcendo,cum iam ſit cognitum, & ꝙ tunc nõ eſt
cognoſcere,ſed cognitum eſſe.Pro quo facit ꝙ voluit Bal.
in l.1.in 2.colum.de conditio.inde. & faciunt dicta ꝑ Bar
ba. in d.cap.paſtoralis.in 6.char. in repeti. & gloſſ. in l. ſi
rem.in.§.quolibet tempore.ff.de euic.quæ dicit , ꝙ denun
tiatio per emptoré de lite mota,poteſt fieri vẽditori quoli
19 bet tẽpore tantum.gl. ibi.hoc reſtringit,niſi eſſet † cõclu
ſum in cauſa:quia,tũc talis denuntiatio nõ poſſet fieri.& il
lam gloſ.alleg.pro ſing.Bal.in l. fina. C. de vſu.rei iudi. Et
facit tex.in l. quamuis indubitati. C. de adulte. vbi habet
quod licet quis in cauſa criminali nõ poſſit comparere in

Dd 2 iudicio

VNIVERSITARIA

iudicio per procuratorem: vt in c.veniēs.de accuſ. & in l.
20 ope.in §.ad crimē.ff.de pu. iudi. cum ſi.nihilominus † poſt
concluſum in cauſa, poterit cōparere ꝑ procuratorē, vt ibi
habetur. Et facit etiam quod dixit Bar. ī l.is qui reus.ff. de
pub.iudi. vbi dicit, ꝙ licet accuſatus poſſit petere, ꝙ accu
ſator ſe inſcribat ad pęnā talionis. l.in cauſis. C.de accu
21 ſat.cū ſimi. † tñ poſt concluſum in cauſa non poterit hoc
petere. Et facit qđ dixit Bart.in d.l.ſi mater.in §.eandem.
ff.de except.rei iudi.ubi dicit, ꝙ licet ius ſuperueniēs acto
ri lite pendēte ſibi ꝓſit: tamen ei non prodeſt, ſi ſuperue-
niat poſtquā cōcluſum fuit in cauſa. Et facit qđ dixit Ioā.
And.in c.cum dilectus, de ordi.cogni.quē refert, & ſequi-
tur Barb.in d.c.paſtoralis.in 7.char.in fi.in repe.vbi dixit,
ꝙ licet iudex ſuſpectus poſſit recuſari: vt in c.ſuſpitionis.
de offi.deleg.cum ſimi.non tamen poteſt recuſari vt ſuſpe
22 ctus † poſt cōcluſionē in cauſa. pro quo facit quod voluit
Lap.in c.iudex.de offi.deleg.in 6. quod tamen limita & in
tellige, niſi ſuſpitio ſuperueniſſet poſt concluſionē in cā,
quia tunc poterit recuſari poſt cōcluſionē in cauſa.arg.c.
inſinuante de offi.deleg.de quo ibi ꝑ Lap. & alios. Et ad-
duci et poteſt ſecūdum Barba.in d. repe.d.c.paſtoralis.qđ
voluit Bal.in l.error.C.de iu.& fac.igno.vbi dixit, ꝙ poſt
23 concluſum in cauſa, † non poteſt reuocari confeſſio vt er
ronea. Et dixit Bal.in l.1.C.ne ex delic.defun.in 2.col.ꝙ ī
confiſcatione bonorū paria ſunt ſñiam eſſe latam, uel cō
cluſum eſſe in cauſa. Et dixit Cardi.in cle.1.in 1. col. poſt
24 princ.de excep.ꝙ exceptio excommunicationis † non po
teſt opponi poſt concluſum in cauſa. hæc tamen doctrina
communiter a doct.reprobatur ſecundum Barb.in d.c.pa
ſtoralis ubi alleg.ad hoc plures rationes & plura iura. Et
facit quod voluit Bal.in c.fi.de proba.vbi dixit, ꝙ poſt cō-
25 cluſionem in cauſa, † nil poteſt allegari. Et adduci pōt ſm
Barb.ubi ſupra quod voluit Guil.de Cu.& Cyn.in l.ſi qs
ex conſenſu.C.de epiſco.aud.ubi dixerunt, ꝙ ſi partes fue
runt præſentes corā arbitratore uſq; ad cōcluſionē cauſæ,
quod poterit arbitrator ferre arbitramentum partibus ali
ter nō citatis. Adducit ēt Domi.de ſanc.Gemi.ī c. 1.ī ulti.
col.



col.de confeſ.in 6.ubi dicit, ꝙ poſt concluſionē in cauſa,
26 nō poſſunt † fieri, uel produci poſitiones ꝓ quo facit glo.
in cle.ſępe de uerb. ſig.ī uerbo, interrogauit. & adducit ēt
Bal.ibi in d.c.paſtoralis.in 2.col.ubi dixit, ꝙ poſt conclu-
27 ſum in cauſa, † non poteſt aliquid de facto uel de iure alle
gari, ſecundum Inno.ibi.unde dicit, ꝙ ſi poſt cōcluſionē in
cauſa producantur conſilia ſapientis, & magnorū uirorū.
iudex tamen non dēt facere ponere in actis talia conſilia.
Item ſubdit ibi ipſe Bal. ꝙ licet poſſit ex forma ſtatuti pe
28 ti conſilium ſapientis, † tñ poſtquam eſt cōcluſum in cā.
non pōt hoc fieri. Item dicit etiam, ꝙ tunc non dēt aliqua
dilatio ad hoc allegari, quia cōcluſio, eſt ultimū uerbum
ſcriptum uel ꝓlatū in proceſſu.arg.C.de fi.inſtr.l.contra-
ctus.& illud eſt ultimum, poſt quod nihil ſequitur, ut l.qui
duos.ff.de re.du.& adduci pōt ēt qđ uoluit gl.no.in c.ex li
teris.de iureiur.quæ dixit, ꝙ poſtquā eſt concluſum in cā,
29 † nō admittitur iuramentū de ueritate, uel de calūnia. &
dixit Ioan.And.in c.paſtoralis de excep.ꝙ poſt cōcluſum
30 in cā nō admittitur † exceptio orta, etiam poſt cōcluſio-
nē cauſæ. quod an ſit uerum, nō affirmo. Et adduci poteſt
quod ſingu.uoluit Io.de Imo.poſt alios in c.fi.de cōſt.ubi
dixit, ꝙ ſi emanauit cōſtitutio, ꝙ tale quid habeat locū in
31 cauſis pendentibus, † ꝙ talis diſpoſitio non hēt locum in
cā in qua iam concluſum eſt in cauſa. Et per iſta mihi uide
tur concludendū, generaliter loquendo, qđ in cauſis ciuili
bus poſt concluſum in cā, non poterunt fieri probationes
aliquæ in ipſa cauſa. Quæ tñ concluſio iudicio meo poſſet
32 limitari, & reſtringi, niſi forte † æquitas aliter ſuaderet.
Nā æquitate ſuadēte, poſſet ēt poſt cōcluſum in cauſa fieri
probatio. & hoc ꝑ doctrinam Anto.in c.1.de iud.ubi dicit
ꝙ licet ſit concluſum in cā, tñ æquitate ſuadente poſſunt
ꝓduci inſtrumēta. & ita dicit ſe de facto obtinuiſſe: quod
dictum refert & ſequitur Barb.in repe.c.paſtoralis.de cau
ſa poſſ.& proprie.in 3.char. Pro quo faciunt dicta ꝑ eun-
dē in c.cum dilectus.de conſue.ubi dixit, ꝙ ſtante ſtatuto,
33 ꝙ nō poſſit reus opponere cōtra intētionē actoris, ꝙ † tñ
pōt iudex (æquitate ſuadēte) repellere talem agentem.

alleg. Inno.in c.cum olim.de cenſib⁹. idem etiam uidetur
dicere ipſe Ant.in c.bonæ. de poſt.præla.pro quo facit qđ
voluit Pe.de Anc.in c.cũ inter R.priorem.de excep.vbi in
quit.ꝙ ſi aliqs eſt iniuriatus excõmunicato, qui agere nõ
põt,vt in c.intelleximus.de iud.ꝙ tñ iudex æquitate mo-
tus põt punire talẽ iniuriantẽ.Et facit ꝙ dixit Barb.in rep.
c.paſtoralis.de cau.poſ.& ꝓprie.in 3.char.ante fi.vbi inqt,
ꝙ ipſe vidit dubitari de facto tẽpore ſuo: qa quidã fuerat
læſus infra dimidiũ iuſti pretii,nõ tñ vltra, dicebat ꝙ ęqui
tate ſuadẽte iudex poterat ſibi ſuccurrere:videlicet, ꝙ aut
emptor reficiat ſibi iuſtũ pretiũ,aut dĩmittat rẽ accepta pe
cunia ſua & dicit ꝙ allegabãt aduocati pro eo,qd habetur
in l.1.§.quæſitũ.ff.de ſeparatio.& qđ voluit Bal.in l.2.in fi.
C.qđ met.cau.ubi dicit, ꝙ licet ſtatutũ tollat exceptionẽ
habentẽ naturalẽ æquitatem,tñ ſoluens põt repetere inde
bite ſolutũ:non qa tutus ſit exceptione, ſed quia tutus eſt
naturali æquitate,qđ dictũ refert & ſequitur Ale. in l.1.§.
parui.ff.qđ ui aut clã. Et dicit Barb. ubi ſupra ꝙ ſi dicatur,
ꝙ licitũ eſt cõtrahentibus ſe circũuenire:ut l.in cauſæ.§.fi.
ff.de mino.& l.itẽ ſi pretio. ff. loc. non tñ hoc congruit de
æqtate,nec ẽt decet.Et ideo gl.in l. ſemper in cõuentioni-
bus ff.de reg.iur.dicit, ꝙ nõ cõuenit bono uiro aliũ circũ
uenire in pretio.quã gl.pro ſing.refert & ſequitur Bal.in
auth.ad hæc.C.de uſu.& in c.ſi proponẽte.de reſcrip. & in
c.cauſam quæ.de teſtib.Itẽ dicit Barb.ꝙ dicti aduocati ad-
ducebant ẽt gl.10.qõ.2.c.ius porrectum. itẽ dicebãt etiã,
ꝙ nõ ſolũ attendendum eſt quod licet, ſed etiam quod de
34 cet,† ut habetur in l.ſemper.ff.de ritu nupt.& ĩ c.magnę.
35 de uoto. Nã illud quod nõ decet † reputat̃ impoſſibile,
ſecundũ Card.in repe.l.licet de uitanda.de electio. & in c.
perpendimus.in repet.de ſentent.excomm. Attamen ipſe
Barb.refert ſe conſuluiſſe contrarium. Item ad prędicta
facit etiam quod dixit Hoſt.in c.quintauallis. de iureiur.
36 ubi dixit,ꝙ † iudex ex officio ſuo debet occurrere manife
ſtæ iniquitati,etiam ſi parti eſſet præcluſa uia per pactũ,
ſeu per ſtatutum,quod dictum refert & ſeq.Pet.de Anch.
in conſi.166.incip.viſis &c.poſt princip. vbi etiam ad hoc
alleg.



alleg. Barto.in l.1.ff.quod vi aut clam. Item facit etiam ad
prædicta quod voluit Hoſtien.in ca.bonæ de appel.vbi di-
xit,ꝙ ſi res mea peruenit ad te, & nulla mihi cõpetit actio
ad eam repetendam:ꝙ tamen æquitate ſuadente iudex po
teſt illum compellere ad tradendum mihi rem meã, & idẽ
ipſe voluit in c.per tuas.de arbi.Et facit dictum Bal.in ad-
di.Spec.in tit.de except.in ver.ſi lex aufert &c.& quod vo-
luit Lud.Rom.in conſil.67.incip.viſo themate &c.vbi idẽ
dixit quod dixit Petr.de Anch.in d.c.cum inter R.priorẽ
vbi etiam alleg.Bal.in rub.de manumiſ.in fin.& alia plura
allegat,de quibus ibi per eum. Et ibi ſubdit,ꝙ ſi ex alicu-
ius conſtitutionis forma reo exceptionis aut defenſionis
poſitio denegatur † attamen iudex ex proprio officio nul
37 liter agentem repellet a limine iudicij, pro quo dicit ipſe
ibi eſſe caſum in l.plane.ff.de pet.hær.& facit l.fi.eod.titu.
Et faciunt dicta per Abb.antiquum,in c.peruenit.de emp.
& vend.& quæ habentur per ſcriben. in l.ſi fideiuſſor.in §.
quædam.ff.manda.& in l.quintus. eod.titu.& in l.bona fi-
des ff.depoſiti.& dicta per glo.in l.mancipium. ff.de euict.
Item ad prædicta faciunt etiam dicta per Alexand.in l.Iu.
lianus verum debitorem.in 2.colum. circa med.ff.de con-
ditio.indeb.vbi dixit, quod ſi ſolui indebitum vigore ali-
cuius ſententiæ.† quod potero tamen æquitate ſuadente,
38 illud repetere per condi. ſine cauſa. ad quod ipſe allegat
caſum in l.eleganter. in §.ſi quis poſt eodem titul.& dicit
quod hoc voluit Bartol. in l. prima. §.2. ff. quod vi aut
clam.& Paulus de Caſtr.in l.ſi fullo.ff.de fur.& Bart.in l.ſi
ſine ff.rem ratam haberi. in princ.& dicit,quod in contin
gentia facti ita fuit iudicatum hic Bononię. Item ad præ-
dicta facit etiam. Nam licet princeps etiam ſine iuſta cau-
ſa poſſit tollere ea,quæ ſunt iuris ciuilis, vt habetur in ca.
propoſuit de conceſſion.præben.& in l.item ſi verberatũ.
ff.de rei.vendi.& in l.ſi priuatis.ff.qui & a quibus. & in ca.
quæ in eccleſiarum.de conſtitu. tamen non poteſt tollere
39 ea,quæ ſunt iuris ciuilis. † ſi in ſe habent æquitatem na-
turalem ita ſingula.dixit Abba.in repetition. capitul.per
tuas. de arbit.in 11.column.quod dictum pro ſolenni re-

 fert

fert & ſeq.Feli.in c.ad audientiam.el 2.in 5. col. de reſcri.
& Anto.Burgos Hiſpanus in repe.rub. extra de empti.&
vend.in pen.colum. Et faciunt dicta per Bal.ſuper ſtatu-
tis.in verbo probatio.in 6.verſic.incip.ſtatutum denegat
&c.& per Barb.in conſi 2.inc. ideo hanc conſultandi &c.
in antepen.colum.in 3.uolu.& dicta per me in conſi. meo
51.inc.ſuper articu.&c.in fin. & late etiam loquutus ſum
in hac materia.in l.1.§.fi.in 13.col.ff. de quæſt. Ex quibus
omnibus mihi videtur concludi poſſe, quòd etiam poſt
concluſum in cauſa ſuadente æquitate poterunt produci
teſtes,& debebunt admitti &c.Poſſet ēt limitari dicta cō
cluſio,ꝙ poſt concluſum in cauſa,non poſſunt fieri proba
tiones.quod tamen fallit vbi verteretur periculum ani-
40 mæ: † quia tunc poſſunt fieri probationes non obſtante
concluſione in cauſa.ad quod dicendum moueor per no.
dictum Car.in c.ad petitionem.de accu.ubi dixit, ꝙ in cā
beneficiali admittuntur productiones teſtium poſt publi
catum proceſſum,quod dicit eſſe ſpeciale propter pericu
lum animarum.quod dictum refert & ſeq.Barb. in repe.
c.paſtoralis.in 30.col.de cau.poſ.& propr.& in c. ad peti-
tionem.de acc.Pro quo facit quod dixit gl.no.in c. ex te-
nore.de teſt.quæ dixit,quòd licet non ſit audiendus ille,
qui alleg.turpitudinem ſuam,ut habetur in l.2.ff.de con.
41 ob turp.cauſam. & in c.non ſolum.23.q.5. cum ſi. † iſtud
tamen fallit vbi vertitur periculum animæ: quia tunc li-
cet allegare turpitudinem ſuam.& idem dixit gl. in c. in-
ter dilectos.de dona.de qua materia habetur in l. filios.&
ibi gl.C.de reuo.his quæ in frau.alie.ſunt.& per Fel. in c.
tertio loco.in pen.col.de præſump.& in c.lator.in 1. & 2.
col.de re iud.& per Soc.in conſi.66.inc.fruſtra.in 7.col.&
per Alex.in conſi.99.in fi.in 1.vol.& per Bar.Cep.in con
ſi.58.inc.Franciſcus.Aliter etiam poteſt limitari prædicta
concluſio,vcȝ,ꝙ poſt concluſionem in cauſa non poſſunt
42 fieri probationes,vel quicquam produci.†hoc tamen fal
lit in notoriis: quia notoria poſſunt produci poſt conclu
ſionem in cauſa,hoc voluit Lap.Abb. in c.iudex. de offic.
deleg.lib.6.vbi dicit,ꝙ licet poſt concluſum in cauſa par-
tes



tes non audiantur,quòd tamen fallit ſecundum eum ibi
niſi pars velit opponere exceptionem notoriam,quæ non
requirit probōnem : nam admittitur poſt concluſionem
in cā,ut in c.quoniam.de fi.presby.& in c. peruenit. & in
c.propoſuit.de app.quod dictum refert,& approbat Bar-
ba.in d.c.paſtoralis.in 30.col.Et iſtud dictum videtur ha
43 bere rōnem in ſe ; eo quia notoria videntur † excepta in
qualibet diſpōne.Et ideo dixit gl.ſing.in c.ex conqueſtio
ne.in verſi.appellationem.de reſt.ſpo.quòd ſtante ſtatuto
quòd à ſententia non poſſit appellari, non habet locum
vbi grauamen eſſet notorium. & ꝙ etiam voluit Bal.in l.
1.in ver.deinde quæro.C.ſi de momen.poſſ.fue.app. & in
l.fi.C.de or.cog.& in l.conſentaneum.ver. quæro nūquid
à tali.C.quom.& quan.iud. & in l.1.C.ne li.ter.prouoca.
Pro quo facit quod voluit Bar.in l.1.in prin.in 4.colum.
verſi.oppono.ff.de oper.no.nunc.Et facit etiam quod di-
xit Old.in conſi.160.ꝙ literæ executiuæ.vbi dixit, ꝙ li-
cet contra tres ſententias conformes non poſſit opponi
44 aliqua exceptio,ut in cle.1.de re iud.poteſt†tamen oppo
ni exceptio notoria, quæ ex inſpectione ipſius ſententiæ
apparet.& idem voluit Bal.& Sal.in l.1.C. ne lice. in vna
eademque cauſa ter prouo.& Bald.in l.ſi vnus.in §.pactus
ne peteret.in 13.col.ff.de pact.& Io.de Imo.in l. de pupil
lo.in §.qui opus.ff de ope.no.nun.vbi refert etiam ita te-
nere Dominos de Rota & ita etiam tenuerunt plures do
cto.quos retuli in rep.mea.l.fi.C.de prob.in 17 q.extra-
or.vltra me.& in rep.mea rub.C.de prob.in 23.& 24.col.
in quibus locis alia quamplura ad hoc adduxi in materia
iſta, quæ non refero breuitatis cā. Et vltra præmiſſa pōt
ēt limitari prædicta concluſio, vcȝ, ꝙ probationes non
45 poſſunt produci poſt concluſum in cauſa,hoc fallit, † niſi
ſint probationes de nouo repertæ:quia tales poſſunt etiā
produci poſt concluſionem in cauſa.ita voluit gl.ſing. ſe-
cundum Ang.ibi in l.admonendi.ff.de iu.iu. & hoc voluit
ibi Bar.dicens ꝙ de hoc eſt caſus in d.l.admonendi. ſecun
dum vnam lect. & voluit etiam Bald. in conſil.725.inci-
pien.ſuper eo quod quæritur.in 6.volumine. & Paul. de
Caſ.

Caſt.in l.oratione ff.de fer.& Bal.in l.1.C. de cond. inde.
in 3.col.in verſi.primo quæro &c.de quo etiam aliquid p
Bar.in l.mancipiorum.ff.de optio.leg.& per Bald. in l.ſu-
per.C.de rela.& per Bal.in l.1.in fi.C. vt quæ deſunt ad-
uo.par.iud.ſupple.& per An.in d.c.paſto.de except.& per
Lud.Ro.in l.ſi rem.§.fi.ff.de eui.Et de iſtis de nouo ſuper-
uenientibus dixi plura notatu digna in l.1.in §.fi.in 6.col.
verſi.& ratio huius &c.& in l.ſi quis ne quæſtio. in 11.co.
verſi.& propter iſtam regulam.ff.de quæſt.Poteſt ēt loco
alterius limitationis ad prædictam concluſionem addere
not.verbum Bal.in l.ampliorem.in fi.1.col.C.de app.vbi
dicit,ꝙ licet poſt didicita teſtificata non poſſint ulterius
produci teſtes per cle.teſtibus.de teſt. tamen cautela eſt,
ꝙ pars,quæ vult teſtes producere,det nomina ipſorum te
46 ſtium induci & ſe abſentet:† nam tunc poterit iudex eos
examinare , quod eſt valde not.ꝙ dictũ refert & ſequitur
Pa.de Ca.in conſi.369.inc.in caſu de quo quæritur &c.in
pen.col.vbi pro hac parte plura all.in ſimili.quod dictum
etiam refert & ſequitur Lud.Ro.in conſi.479.inci. quod
quæritur.in fin.& rep.rub.de arb.in 11.colum. in verſic.
item habeas &c.Et illud dictum Bal. etiam refert & ſequi
tur Barba.in c.ad petitionem.in 4.colum.verſic. vlti.not.
de accu.& Alex.in l.4.in §.hoc autem iudicium. in 3. col.
ff.de dam.infect.vbi refert Lud. Rom. reprobantem illud
dictum Bald.& eum reprehendit , & reſpondet ad omnia
adducta per d.Lud.Rom.in contrarium. De qua doctrina
Bal.latius loquutus ſum pro ea plura adducendo,in l.1.in
§.fi.in 3.colum.ff.de quæſt.ad quæ me remitto.pro qua ēt
optime faciunt dicta per Iaſ.in l.vbi pactum.in 5.vol. C.
de tranſa.Et circa dictam materiam concluſionis in cau-
47 ſa,non omitto vnum,vcȝ,ꝙ† ſtatuta loci poſſunt ſemper
produci:quia ipſa ſtatuta in loco,in quo vigent ſunt no-
toria,nec indigent aliqua probatione, ita no.dixit Bal.in
conſi.308.inc.ad veritatem eundum eſt &c.in 3. volu. in
verſi.aliud &c.Modo pro maiori complemento huius ma
teriæ concluſionis in cauſa,quæro de not.quæſtione, vcȝ
48 an poſt concluſum in cauſa poſſit peti † deferri iuramen-
tum



tum in ſupplementum probationis , vel poſſit peti com-
promiſſum fieri inter ipſos litigantes,quando ſunt affines
qui ex forma ſtatuti coguntur ad faciendum compromiſ
49 ſum,† vel poſſit peti poſt cõcluſum in cauſa ab altera par
tium,quod cā decidatur cum conſilio ſapientis , uel poſ-
ſint aliqua alia ſimilia peti.Hæc qõ vere eſt multum quo
tidiana,& pluries contingit de facto,& ego dieb.meis vi-
di eam in facto in diuerſis locis,& in diuerſis iudiciis:ma
xime in ciuitate Mediolani , dum moram trahebam cum
illuſtriſſ. duce Mediolani. & tunc plura & plura adducta
fuerunt pro vtraq; parte,in qua qõnem tu breuiter dicas
ꝙ aliquid de prædictis non poterit peti,vcȝ iuramentum
deferri in ſupplementum , nec compromiſſum fieri , nec
conſilium ſapientis , nec ſimilia poſt concluſum in cā. ita
dixit Bar.in l.admonendi.in vl.col.ff.de iureiu. & Bald. in
c.1.in §.item ſi vaſallus.in vl.col.de contro.inueſt.& Inn.
in c.paſtoralis.de cau.poſſ.& prop.& no.Canon.in c. cum
Ioannes.de fi.inſtrum.& Bal.in l.2.ff.de iureiu. & Bald.in
l.in bonæfidei.in 1.col.C.eo.ti.& in l.generaliter.in prin.
C.eo.ti.de iureiu.& voluit Pau.de Ca. in conſi.96.incip.
viſo quodam proceſſu agitato Forliuii.in fi.& Ludo. Ro-
ma.in d.l.admonendi.circa fin.& in conſi.255.incip. quo
ad primam quis melius &c. Et idem tenet Alex. in conſi.
82.inc.in cauſa vertente.in 3.colum.in prin. vbi loquitur
an poſſit inter affines peti poſt concluſum in cauſa fieri
compromiſſum.all.Bal.hoc tenentem in l.j.de tranſa. ubi
dicit,quòd compromiſſum ex forma ſtatuti non poteſt ac
teſtationibus iam publicatis , ſeu re iam liquida peti. &
idem voluit ibi Pa.de Ca. & Lu.Rom. in l.prætor.ad fi.in
ſua add.ff.de ope.no.nun.Et ſubdit Alex.ubi ſupra, ꝙ pro
hac parte bene facit quod not.in c.ſignificauerunt. de te-
ſti.& quod habetur in c.expoſita.de arb.& in l. poſt rem.
ff.de tranſa.& idem tenet d.Lanf.de Brixia.in trac. ſuo de
arb.in vlt.rub.in vlt. ver.ubi all.bonas rationes. pro quo
facit etiam tex.in l.in contractib.in §.illo, vcȝ. C.de non
nu.pec.Et hanc partem tenuit etiam Raph.Cu. in conſi.
85. incipient. quamuis de iure. &c. in fine. Et facit di-
ctum

ctum Bal.in l. nec cauſas.C.de app.quem ſupra retuli.nu.
50 17.& 25.cũ tribus uerſi.ibi ſeq.† ubi dixit, ꝙ poſt cõcluſũ in cauſa nõ poteſt produci aliquid iuris uel facti, & qđ voluit Alex.in conſi.52. incipien.uiſa facti &c.in fin.verbis. in 2.volu. Et faciunt quę voluit Pau. de Caſtr. ĩ proœmio C.in 1.col. vbi refert ita conſuluiſſe, & idẽ tenet ipſe in l. fi. per illum tex.C.de compẽſa. & in conſi. 73.incip. ꝙ in cauſa appe.poſſit &c.& idẽ tenet Ludo.Ro.in l. prætor.in prin.ff.de ope.no.nun.& Ioã.Ba.de ſancto Seuerino ĩ repetit.d.l.admonendi.in 24.char.in 2. colum. & Franciſ. de Areti.in conſi.101.incipien.in cauſa Georgii.& uoluit Iaſo.in l.ſi cauſa cognita. C.de trãſactio. ubi in 1.col.etiam dicit notab. uerbum, uidelicet, qđ ſi ſtatutũ cogit partes
51 aliquo caſu ad faciendum compromiſſum : † ſi tale compromiſſum nõ eſt petitum in cauſa principali, non poterit etiam peti in cauſa appellationis & ita dicit tenuiſſe Paul. de Caſt.in d.conſili.73.incipien.qđ in cauſa appellationis. & eum ſequitur Alexa. in conſil. 82. incipiente in cauſa uertente inter Petrum.in 4. colum. in 1. uolumine. & in conſil.296.ſecundum ordinem meum.quod incipit, uidetur prima conſideratione dicendum &c.in 4.col.in fi.& uide etiã circa prædictam materiam Bertha. in reper. ſuo.in verbo,compromiſſum per ſtatutũ.vbi plura adducit.& vide Iaſ.in repe.l.admonendi.in 124.col.de iureiu. quæ omnia ſunt not.cũ ſint multum quotidiana. Vltra prædicta in hac materia adde etiam Alex.in conſil.296.in 3.col.ĩ prin. vbi dixit, ꝙ ſi poſt concluſum in cauſa facta ad inſtantiam
52 actoris admittuntur articuli rei, † ꝙ tunc tacite videtur reuocata concluſio in cauſa antea facta.ar.l.illud.ff.de acquir.hęre.& c.de multa.de præben. ad quod alleg.Dominos de Rota.Quod dicit eſſe verum,ſi iudex cauſæ ſciebat concluſum fore in cauſa.alle.clement.1.de procu. & iſti.q dari tu.poſ.in verſ.plane.Secus autẽ dicit eſſe ſi neſciebat, de quo ibi latius per eũ.Vltimo antequã veniam ad ſequẽtem quæſtionem quæro de no.dubio,videlicet,duo litigarũt adinuicẽ, & elapſo termino ꝓbatorio actor dicit: dñe iudex dico ꝙ ꝓceſſus iſte eſt nullus ex parte rei & debetis omnino



omnino proferre ſententiã in fauorẽ meũ : quia ipſe reus eſt filiusfa.qui nõ potuit ſtare in iudicio ſine cõſẽſu patris l.nõ ſolũ.§.neceſſitatẽ.C.de bo.quę libe.ipſe autẽ reus reſpõdet, ꝙ nõ eſt filiusfa.qa iam diu pater ſuus mortuꝰ eſt, replicat actor, & dicit, ꝙ prę ſumptio eſt ꝓ eo ꝙ pater ſuꝰ viuat, eo qa quilibet præſumitur viuere centum annis: vt habetur per gloſ.l. ſed ſi de ſua.ff.de acqui.hæredi. & probat tex.in l.fi.C.de ſacroſanc. eccleſ. Reus autẽ dicit ꝙ ꝓbabit hoc, ꝙ pater ſuus mortuus eſt iã diu. Replicat actor & dicit, ꝙ hoc probare nõ poteſt. cum ſit extra tempus ꝓ
53 batoriũ: † an hoc caſu reus debeat ſuccumbere? vel pone exemplũ cõtra, quod reus prædicta opponet actori, an tũc ſuccũbet. In hac q. Ange. in d.l.ſed ſi de ſua.dicit, ꝙ actor opponens taliter cõtra reum, obtinebit: cũ pręſumptio ſit pro eo.per d.l.fin.C.de ſacroſan. eccle. nec reus poſſet cõtrarium probare cum ſit extra tempus probatoriũ. qđ dicit eſſe not.ad annullandũ proceſſum. & hanc doctrinã & cautelam Ange.refert & ſequit Imol.in d.l.ſed ſi de ſua & eam etiã ſequi uidetur Cep. in caute.ſua.119. incip. qs in dubio præſumitur filius famil.&c.Sed hãc cautelã videtur impugnare Specu.in ti.de actore.in 24.col.in verſicu. ſed quid ſi præſente parte. & in verſic.ibi ſeq.de quo etiam vide per Pau.de Caſtr.ĩ d.l.ſed ſi de ſua.§.fi.in fi. vbi etiã hãc caute.reprobat: ſed quis verius dixerit, nõ examino: quia vt de ſe patet iſta non eſt materia noſtra, & requiret longam diſputationem. Sed vide aliquid in materia q Alex.ĩ conſil.59.incip.viſo &c.in 1.& 2. col.in 2. volu. & Ludo. Rom.in ſingu.318.incipient.tu ſai.& per Bart. in l. is poteſt.in 5.col.in verſ. expeditis his venias ad quęſtiones.ff. de aqui. hæredi.& Ange.ĩ l.poſt mortẽ. ff.de adop.& Ioã. And.in regula, infamibus.de regu.iur.in 6.in mercu.& Fede.de ſe.in conſil.15.inci.agit quidã, & Alexan. in l.fi.circa princi.in verſi.ſecundo not.C.de colla.& Barba.in cõſil. 9.incip.quia præſens cõſultatio.in 4.colum. 2. volu.& Iaſ. in d.l.fina.C.de collatio. vbi ponit not. limitationem. Et vide Bal.in conſi.74.inci.verba libelli. in vlt. colum. in 1.
54 volu.vbi dicit, † ꝙ quãdo filiusfa.conuenit ex delicto, nõ requiritur

requiritur cōſenſus patris, qđ eſt not. Et ex iſtis omnib' remanet expedita hæc præſens 9. quæſtio, quę multū verſatur in iudiciis. tene. menti prædicta.

## *SVMMARIVM.*

1 *Sententia in cauſis criminalibus an tranſeat in rem iudicatam.*
*Et in quibus caſibus numer. 5.8.10.11.12.14.15.16.17.18.20.*

2 *Sententia lata vigore ſtatuti contra contumacem, an tranſeat in rem iudicatam.*

3 *Sententia à peritis in arte lata nunquam in rem iudicatam tranſit. Et quid ſi fuerit lata ex doctoris conſilio. nu. 4.*

6 *Appellare à præcepto de eo capiendo infra decem dies incarceratus an poſſit.*

7 *Excipiendi ius poſt litem conteſtatam non finitur in exceptione grauaminis ſucceſſiuam cauſam habentis.*

9 *Matrimonium contractum poſt decennium valet, licet doces de errore ſemper audiatur, & prolex inde ſequuta eſt legitima.*

13 *Pauper factus culpa ſua non iuuatur paupertate.*

19 *Pars an poſſit compelli per cenſuram eccleſiaſticam quòd parti victe faciat liberationem, et quando.*

21 *Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam an peti debeat à principe in his, quæ non tranſeunt in rem iudicatam.*

§. ORdine ſucceſſiuo videndū eſt de 10. q. quæ eſt, An in cauſis criminalibus † ſentētia trā-
1 ſeat in rem iudicatā? circa quam Abb. in c. de his. in pri. extra de accu. dicit, ꝙ doc. in clem. paſtoralis. de re iud. videntur velle ꝙ nō, ſi imminet pœna mortis: quia tranſitus in rē iudicatā, cauſat ex acquieſcētia condēnati: vt in c. ꝙ ad cōſultationē, de re iudic. cū ſecūdū eū null' ſit dominus mēbrorū ſuorū: vt in l. liber homo. ff. ad l. Aquil. & 23. qō. 5. c. ſi non licet. & in c. cōtingit. de ſenten. excom. ergo condemnatus



dēnatus in corpore, nō poteſt acquieſcere ſentētiæ. & ſubdit ipſe Abb. ꝙ hanc opinionē quādoq; ſequutus fuit. Sed 3
diligētius inueſtigata veritate putat eā nō ꝓcedere ꝑ tex. nota. in l. diui. ff. pœnis. ubi patet, ꝙ ſententia corporis afflictiua nō poteſt iure cōmuni retractari poſt lapſum 10. dierū, liceat appareāt ꝓbationes innocētiæ: ſed ex gratia ſpeciali fit reſtitutio à principe. & dicit ꝙ ī hoc ille tex. d. l. diui fratres. eſt ſing. ꝓ qbus facit ſecundū eū. nā etiam videmus in confeſſione uera, cuius etiā ad pœnā capitalem qſ damnatur: ut in l. qui ſententiā. C. de pœnis. & not. Inno. in c. qualiter & quādo. de accuſa. & hanc ſententiam non poteſt reuocare, niſi aliter hoc impetretur, pro quo facit quod not. in cap. cū ſpeciali. app. ita reſidet Abb. circa hoc in d. c. de his. extra de accuſ. Sed Io. de Anan. ibi dicit, qđ dicit, ꝙ ꝓ prima opi. ſcilicet, ꝙ ſententia in cauſis criminalibus non tranſit in rem iudicatam, uidetur text. apertus ſiue glo. in l. unius. in. §. penul. ff. de quæſtio. vbi litera dicit, quocunque tempore reo poſtulāte defenſio negari nō debet. Et ſubdit Ioan. de Ana. ubi ſ. ꝙ hęc opi. ſaluari poteſt quando abſens eſſet cōdemnatus, in cauſa capitali ſecundū formā ſtatuti, per ea quę notat Tanc. de Cor. in opere ſuo in 8. col. in 4. quæſtio. & ad prædicta etiam adducit tex. & quod ibi plene habetur in l. nō tātū. ff. de appel. ita reſidet Ioā. de Ana. ī d. c. de his. Ego autem dico, ꝙ lōga eſt differētia, an talis ſententia ſit abſolutoria, uel cōdēnatoria. nā ſi abſolutoria, trāſit in rem iudicatam, etiā quo ad tertiū, q non poterit poſtea accuſare, ſecundū Abb. & Ioā. de Ana in d. cap. de his. ſed ſi ſit condemnatoria, eſt maius dubiū, Et in quantū Abb. in d. cap. de his. dicit, ꝙ text. in d. l. diui fratres. ff. de pœnis. eſt ſingu. dico ꝙ imo eſt ſimilis text. ī. l. 1. in. §. fin. ff. de quæſtio. Et inquātum Ioan. de Ana. ubi ſ. di-
2 cit, ꝙ ſententia lata uigore ſtatuti contra cōtumacē † nūquam trāſit in rem iudicatam. dico ꝙ iſtud dictū pro ualde not. refert & ſequitur Lud. Bolo. in conſil. 34. incip. ſoleo &c. in ult. colum. in fi. pro quo optime faciunt quę ego dixi. in ſing. meo 72. incipient. per totam fere Italia &c. Et ſcias ꝙ ultra iſtū caſū alii ſunt plures caſus, in quibus ſententia

3 tẽtia non tranſit in rem iudicatã.Nã ſententia lata † aper
tis in arte, vt puta à medicis, vel ab obſtetricibus: vt pu
ta,an vulnus ſit mortale,vel cicatrix ſit remanſura,vel in
ſimilibus,nunquam tranſit in rem iudicatã. adeo ꝙ ſi po-
ſtea appareat dictum alterius peritioris contrarium aſſe-
rentis,reuocabitur prima ſententia. ita dixit Ioã.Andr.
in addi.Specul.in tit.de homi.in §.1,verſic.pone, quod A.
vulnerauit B.& idem firmant Bald,Raph.& Alex.in l.ab
hoſtibus.in §.1.ff.ſol.mat.& Lud.Rom.in l.cum quædam
in §.quod dicitur.ff.de acqui.hære.& do.Ant.& Abb.in c.
propoſuiſti. de proba.& bene facit tex.in l.ſi qui adulte-
ri,C.de adul.vbi abſolutoria ſentẽtia lata ex præſumptio
nibus,poteſt ſine appellatione retractari ex validiori præ
ſumptione.Et ſubdit Ant.in d.ca.propoſuiſti. ꝙ ſententia
4 lata ex conſilio doctoris, † poteſt ſine appellatione retra-
ctari ſi conſilium alterius doctoris peritioris in contrariũ
inueniatur, quod ſequitur Ludo.Roma.in d.§.quod dici-
tur.& in conſi.ccxxviij.incip.pro plena diſcuſſione. in fin.
& Alexã.in l.ſi cum dotem. §.ſi maritus. in 2.col.ff.ſolut.
matrimo.& in l.ſi in rixa. in fin.ff.de ſica.& Ioan.de Ana.
in cap.ſignificaſti. el.2.in 9.colum.de homi. vbi latius late
examinat hunc articulum de quo etiam per doct.in l.di-
uus. ff.de re iud.Item alius eſt caſus in quo ſnia non trãſit
in rem iudicatam, videlicet, quando fert ſententia ſuper
5 re ,quæ habet † cauſam,ſeu grauamen ſucceſſiuũ:vt puta
ſi fertur ſententia,ꝙ quis ſtet in carceribus: nã talis ſentẽ
tia non tranſit in rem iudicatã licet ab ea nõ fuerit appel-
latũ infra debitũ tempus,ſed ſemper poterit ab ea appel.
lari: cũ grauamen ſit ſemp ĩ fieri, ideo ſemp oritur ius ap
pellandi,& ſemp dicĩ eſſe infra.10.dies à die grauaminis,
ex quo ſucceſſiue grauatur, ita habetur ĩ c. ex part.de ap.
pro quo facit tex.in.l.1.ĩ §.penul.ff.de vſufruct.accreſ.ubi
quotidie dicitur conſtitui fructus propter continuam, &
ſucceſſiuam potẽtiam concedentis. & hoc etiã voluit Bal.
in l.2.C. de epiſco. audi. in verſicu.ſecũdo quæriĩ quidam
ſtetit in carcere &c.vbi dicit,ꝙ licet aliquis non appellaue
rit à præcepto de eo capiẽdo,vel à captura ſequuta ĩfra 10.
dies



6 dies,& ſteterit in carcere ꝑ mẽſem & vltra, † ꝙ poterit ta
men appellare.& idẽ videtur eſſe de mente Specu.in tit.de
ap.§.reſtat.verſicu.& nota &c. in vlti.colum.& idem volũt
docto.in d.ca.ex parte.de app.& Iaſ.in l.exigendi.in 3.col.
C.de procu.Et facit quod voluit Ioan. And.& Imol. in d.
cap.dilectus.& in c.cum venerabilis.de excep. vbi dixerũt
7 ꝙ ubi exceptio † grauaminis habet cauſam ſucceſſiuã, &
non momentaneam, tunc nõ finitur ius excipiẽdi ꝑ litem
cõteſtatam,imo poterit etiam poſt litẽ cõteſta. excipien.
Et faciunt etiã dicta per doc. in cap. ſuper eodẽ de appell.
Alius eſt etiã caſus, in quo ſentẽtia nõ tranſit in rem iu
8 dicatam uidelicet,in ſentẽtia lata † in cauſa matrimoniali.
ita tenent doct.in cap.lator.de re iudi.& in c.cõſanguinei
eo.ti.& Anto. in cap. fraternitatis.in 30. col.de teſti.& in
c.iurauit.in prin.3.colum.de proba.& voluit glo. in l.3.ff.
de iureiurã.& gloſſ.in c.ex literis de in integ. reſt. & Pau.
de Caſt.in conſi.246. incip. videtur dicendũ. de quo latiſ-
ſime & copioſe per Feli.in d.ca.lator.in 6.col.& ibi etiam
in 7.col.vbi ſubdit ſecus eſſe in matrimonio ſpirituali: qa
in eo ſententia tranſit in rem iudicatã.ad quod alleg text.
in c.cũ dilecti.in fi.de elect.& glo.1.ĩ c.1.de conceſ.præbẽ.
& Hoſt.in ſum.in tit.de re iud.ĩ.§.quot ſunt eius ſpecies,
ĩ 5.col.in verſi.ſed nunquid eſt hoc ſimpliciter verũ.& Do
mini.ĩ c.ordinarii.§.1.ĩ fi.de offic.ord.in 6.& Abb. in c.cũ
Bertol.in 13.col.veſ.ex hac lectura habes.eo.titu. & in ca
conquerente.in 2.col.de re.ſpo.& reſpondet Fel. in d.c.la
tor.ad ea, quæ dici poſſent in contrariũ circa hoc. de quo
ibi late per eum.Itẽ dicit ẽt ipſe Feli.in d.c.lator.in 3.col.
ꝙ illud,quod dicitur ſentẽtiã in cauſa matrimonii nõ trã-
ſire in rem iudicatam,procedere,& locũ habere,quãdo ta
lis ſentẽtia eſt lata cõtra matrimoniũ, ſed ſecus eſt quãdo
talis ſententia eſt lata pro matrimonio:quia tunc trãſit in
rem iudicatam.ita dixit Ang. ſecundũ eum in cõſil.3006.
inci.in quæſtione ꝓpoſita multũ elegãter. ad fin. & Ludo.
Roma.in conſi.367.in 1.col.& Hoſt.in ca.ex literis. de re
ſti.in integ.& gloſſ. & doct. in d.ca.lator. de quo etiam ibi
latius per eũ.Item dicit etiam Feli.in d.c.lator. in 4.col.ꝙ

 licet

licet docens de errore ſemp audiatur ĩ materia matrimonij, tamẽ matrimoniũ contractum poſt decennium valet
9 † & tenet, & ꝓles inde ſubſequuta eſt legitima. allega. ad hoc Pau. de Caſt. in cõſi. 264. inci. videtur dicendũ, non valere ſecundũ matrimoniũ. de quo latius per Feli. vbi ſupra. Alius eſt etiã caſus, in quo ſententia nõ tranſit in rem iudi-
10 catam, videlicet, ſententia nutriens peccatũ† per partes remiſſibiles, ſcđm Ant. in c. fraternitas. in 15. colũ. extra de teſti. & voluit gl. ĩ c. inter mona. de re iudi. & And. ĩ c. lator eod. tit. & ĩ c. curauit ĩ 1. col. de proba. de quo etiã per Iaſ. in rep. l. admouendi. in 24. colum. de iureiur. Item alius eſt caſus, in quo ſententia non tranſit in rẽ iudicatã, vide-
11 licet in ſententia lata ſuper ætate, † ſi fuit lata ex aſpectu, quando in aſpectu & in ea nõ fuit adhibita plena cauſæ cognitio, ſecus ſi fuiſſet adhibita plẽa cauſæ cognitio ſecũdũ Bal. in margarita ſua. in ver. ſententia. in 10. qõ. quem referunt & ſequũtur Moder. in c. cõſanguinei. de re iudica. Itẽ alius eſt etiam caſus, in quo ſententia non tranſit in rẽ iudicatam, videlicet, quãdo lata eſt ſententia cõtra pauperẽ, qui propter eius paupertatẽ nõ potuit appellare, vel proſe-
12 qui appellationẽ nam tunc † ſententia non tranſit in rem iudicatã ſecũdum Inno. in c. ex ratione. de appella. & ibi Ang. & Abb. & Moder. & idẽ voluit Bal. in c. ſi qui teſtiũ. de teſti. & in l. 2. in §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis cau. & in l. nũmis. ff. de in lit. iur. & in c. 1. de eo ꝙ mit. in poſſ. rei ſeruã. cauſa. & in l. acceptam. C. de vſur. & Bartol. in l. ſi procuratorem. in §. ignorantes. ff. manda. & Ang. poſt Barto. in l. illud. in ſuis addi. C. de anno. & tribu. & Alex. in apoſtil. in l. omnes eodem tit. de anno. & tribu. & Mathe. in not. ſuo vltimo. & Fran. de Cre. in no. ſuo. 121. & Bal. in l. ſi. C. de condi. iſer. & Guil. de cu. in l. eos. C. de app. vbi dicit ſe euaſiſſe quendam a pœna furcarũ, qui propter paupertatẽ ſentẽtiã luere non poterat: quẽ referunt Moder. in d. c. ex ratione. Pro quibus etiã faciunt optime dicta per Ale. in l. omnes. C. de anno. & trib. & per Bal. in conſi. 220. inc. in quæſtione &c. in 3. vol. & in conſil. 5. incipien. quæritur vtrum viduæ &c. in eod. vol. & per Bal. in l. vſufructu. circa fin. C. de

vſu



vſu & habi. & in cap. 1. in 4. colum. extra vt lit. pen. & per Ang. in l. nõ eſt ignotum. C. de admi. tut. & per do. Fely. in c. ſi qui teſtium. in vlti. col. de teſti. & per Alexan. in conſi. 396. inci. circa hanc dubitationem. in 14. colum. circa me. & per Fel. in c. qualiter & quando. el 2. in §. ſi. in pe. col. de accu. & per Bald. in c. 1. in ſi. verbis de eo qui mit. in poſ. rei ſeruan. cauſa. & per Bald. in reper. ſuo in verbo, Pauper-
13 tas. † Scito tamen ꝙ ſi paupertas aduenit alicui ex culpa ſua, ꝙ non iuuatur ex ipſa paupertate: quoniam beneficia data pauperi non competũt illi, qui ex culpa ſua peruenit ad paupertatẽ, ſecũdum Ioã. And. & alios in c. quę in eccleſiarum. de conſtit. & ibi vide quam plura in materia ꝑ Feli. in 24. colum. in verſi. & inquantum. & vide etiã Ange. in materia paupertatis in l. ſi vehenda. in §. ſi ea cõditione. ff. ad l. Rho. de iactu. Itẽ alius eſt caſus. in quo ſententia nõ traſit in rem iudicatam. videlicet, qñ ille, qui habuit ſententiã contra ſe, non potuit appellare, vel appellationẽ ꝓ-
14 ſequi infra † debitũ tempus propter abſentiã iudicis, vel alio modo eſt impeditus facto iudicis: nã iſto caſu ſentẽtia non tranſit in rem iudicatã, Ita habetur in authenti. itẽ ſi appellatione. vbi per doct. C. de tempo. app. & voluit gl. in §. hoc quoq; in authen. vt ſpõ. largi. & no. docto. in auth. ei qui. C. de tempo. app. & gl. & doc. ĩ d. c. ex ratione. de appe. & gl. in l. arbitro. §. dolo. ff. de dolo. & Archi. in c. anteriorum. 2. q. 6. Quod tamen limitãt doct. quãdo ipſe appellãs ꝑ recurſum ad ſuperiorẽ, vel alia via potuit ſibi ꝓuidere, alias ſecus: quia tũc nõn debebit reſtitui, imo ipſa ſententia firma remanebit cum tranſiuerit in rẽ iudicatã. ita dixit An. in cap. ex ratione in 5. qõ. de appel. & Lud. Rom. in l. 2. ff. de re iudica. quas refert & ſequitur Alexan. in conſil. 396. incip. videtur prima conſideratione dicen. in antepenul. colum. Alius eſt etiã caſus, in quo ſententia nõ tranſit
15 in rẽ iudicatam: videlicet † vbicunque per euidentiã facti conſtat de iniquitate ſentẽtiæ nam tunc talis ſentẽtia nunquam tranſit in rẽ iudicatam, adeo vt nõ poſſit ſemper retractari, ſecũdũ Inno. & alios in c. fraternitatis. de frig. & malefi. & Bal. in l. 1. C. ſent. reſcin. nõ poſſ. & Ale. in cõſ.

4008.incip.ſtantibus his,quæ ſupra narrata ſunt 8:colum. vbi plura adducit pro hoc dicto . quæ omnia refert & ſequitur Iaſ.in l.de periurio.circa fin. in 1.col.ff.de in lit.iu. & in l.1.in 7.col.ver.adde ꝙ euidentia facti.ff.de ope.nou. nun.Pro quibus faciunt quæ ego dixi de iſta euidentia facti.in l.1.in §.ſi ſerui quaſi.in 2.col. ff.de quæſt.ubi late loquutus ſum. Alius eſt caſus in , quo ſententia non tranſit
16 in rem iudicatam:videlicet † qñ eſt lata ex probationib. priuilegiatis procedentibus inuita parte : ut eſt ſententia lata ex iuramento neceſſario , nam talis ſententia dicitur lata ex probationibus priuilegiatis parte inuita,& hoc patet:quia in re propria conſtituitur quis teſtis contra regulam l.omnibus.C.de teſti.& l.nullus.ff.eo.ti.&in l.ſi.C.de fideic.ita dixit Iaſ.in l.admonendi.in 6. col.ff.de iureiurã.

Alius eſt caſus,in quo ſententia non trãſit in rẽ iudica-
20 rior nõ põt † tollere nec dare ea, quæ ſunt iuris naturalis, nec illa ſupplere. Et iõ dixit Ang. in l. adoptio non iure facta. ff. de adop. ꝙ licet princeps ꝑ ius confirmationẽ poſſit ſupplere oẽs defectus, ſi apponat in reſcripto clauſulam, ſupplentes omnes defectus: vt per Bal. in l. ſi. ff. de teſtam. tutel. & per Oldrad. in conſi. 257. incipien. factũ tale eſt: in 4. colum. tamẽ intelligitur ſupplere omnes defectus iuris ciuilis, non autem iuris naturalis, quod dictum refert & ſequitur Alex. in conſi. 469. incip. viſo puncto in 7. colum. quod etiam voluit Car. in cle. 1. in vlt. col. de elect. & Spec. in tit. de leg. §. nũc oſtẽdendũ. in ver. 1. & Io. dẽ Imo. in l. quidã conſulebãt. ff. de re iud. in 8. col. & Ant. in c. 1. de trãſact. Et hãc partẽ, ꝙ defenſio tanquã iuris naturalis nõ poſſit tolli a principe, ſeu ſuperiore vr̃ firmare Bal. in c. a nobis. in fi. de excep. vbi dicit. quod ſtatutũ tollens defenſionẽ intelligitur tollere ciuilẽ, nõ aũt naturalẽ de quibus dixi ſupra, in §. qm̃ nu. 76. 77. & 78. Pro quibus facit qđ voluit Bar. in tract. ſuo, q ſint rebelles. in verbo, mille
21 librarũ. vbi dixit qđ ſtatutũ † dãs iuriſdictionẽ cõtra indefenſum, eſt iniuſtũ. Et ideo dixit multũ ſing. Bal. in l. 3. §. ſi is pro quo. ff. qđ quiſq; iuris, qđ princeps de plenitudine
22 poteſtatis põt tollere † defenſionẽ in cauſa ciuili & pecuniaria: ſed ſecus in cã criminali. qđ dictũ refert & ſequitur Fel. in c. dilecti in 6. col. de excep. & in c. cũ olim. in vlt. colum. de re iudi. & idẽ voluit Par. de Pu. in trac. ſynd. in 30. char. in 3. col. in c. incip. poteſtas qui miſit. & dixi latius in ſing. meo 386. inci. defenſio. & vide omnino quæ dixi circa hanc materiam in repe. mea. l. vnicæ. C. de rap. vir. in 44. char. parua. circa me. Et dixit Barto. in l. facultas. C. de
23 iur. fiſ. quod nõ valet ſtatutũ † tollens defenſionẽ. & idem dixit ipſe in l. cum mulier. & ibi cęteri ſcribent. ff. ſo. mat. & Bal. in l. vt vim. ff. de iuſti. & iu. & Ang. in l. ſi fic. in prin. ff. de leg. 1. de quo ẽt per ſcri. in c. paſtoralis de app. Quinimo etiam reſumet non poteſt ſibiipſi tollere, ſeu auferre defenſionem in cauſa criminali, ſecũdum gl. or. in l. pactũ inter heredem. ff de pact. quod etiã per illam gl. dixit Bar. & Bal. ĩ auth. iubemus. C. de iud. in rub. extra de pac. ĩ pe. ſeu

ſeu vlt.colu.& Barb.in c.cum dilecti. in 4.col.ver.not.ibi,
renuntiate.de accu.& Bal.in c.ſignificante. in 2.col.de ap.
& Ang.de Are.in tract.maleficio.in verſ.qui iudex ſtatuit
terminum ad eorum defenſionem faciendum.in vl.ver.&
ibi in addi.Et idem tenet Bald.dicens hoc eſſe verum,etiã
ſi reus apponeret iuramentum in tali renunciatione. in l.
1.in 15.col.C.de conſ.quem refert & ſequitur Fel.in c.cū
veniſſent.in vlt.colum.de teſt.Et ideo dixit Bar.in l.cuſto
dias.ff.de publ.iudi.& male videntur facere aſſeſſores,qui
faciunt,ꝙ reus renuntiat termino & defenſionibus ſuis cō
tra l.non tantum.ff.de app.& l.adictos.C.de epiſc.audi.de
qua materia latius dixi ſupra, in §.examinanda. in nu.1.
Et pro iſtis etiam faciunt.Nam ſi ſtatuto cauetur,ꝙ pro ta
li delicto delinquens condemnetur in centum,quæ ſi non
24 ſoluerit intra menſem, decapitetur.certe hoc caſu †pote-
rit dictam pœnam pecuniariam ſoluere, nedū ipſe cōdem
natus euitet pœnã corporalem, ſed ēt hoc poterit facere
pro eo aliquis eius coniunctus, vel etiam extraneus, ēt ſi
condēnatus hoc non mandauerit, vel ratū non habuerit.
ita dixit Bal.& Imo.in l.fi.in prin.ff.de cond.inſt.& Ange.
de Are.in trac.malefi.in verb.quas ſi nō ſoluerit intra 10.
dies amputetur ei manus dextera. in ver.quid ſi ſtatutū di
cit ſimpliciter,vbi ſubdit,ꝙ imo plus eſt, ꝙ ēt inuito ipſo
reo condemnato,poterit pro eo ſolui d.pecunia, ſeu dicta
pœna pecuniaria, vt euitetur pœna corporalis. ita dixit
Bar.in l.ſtichus.ff.de pe.leg.& Bal.in l.fi.C.de neg.geſt.in
tantum ꝙ vt dixit ibi Bald.pōt per extraneum auferri de
bonis ipſius condemnati, ēt dicto condemnato inuito, &
ſolui dicta condemnatio.arg.l.ſi proc.in §.ignorantes. ff.
mand.& not.per Bar.in l.4.§.Cato.ff.de verbo.obl.de quo
ēt per Aug.de Ari.ibi ſupra in add.ſuis.& per Alex.in aſt.
ad Barto.in d.l.ſtichus.ff.de pe.leg. Ex quibus oībus appa-
ret,ꝙ dictum ſtatutum tollens omnē defenſionē reo cor-
poraliter puniendo pena vltimi ſupplicij, non valere,& ꝑ
conſequens non obſtare prædicto bannito in caſu qōnis
noſtræ,vt opponere non poſſit exceptiones & facere legi-
timas ſuas defenſiones.Septimo ad confirmationē prædi-
ctorum



ctorum facit.Nam licet aliquo caſu, vel aliquo modo ob-
ſtet ſtatutū de defenſionibus rei fiendis in cauſa criminali,
tñ tali obſtãtia nō obſtãte poſſunt fieri defenſiones rei. Et
25 hoc patet,nã habemus ꝙ poſt concluſionē in cã, † ſubla-
tæ ſunt probationes, & productiones teſtium & iuriū, cū
tunc non poſſit dici nec allegari aliquid iuris vel facti: vt
habetur in c.paſtoralis. de cauſ.poſſeſ.& proprie.& voluit
Bar.in l.error.in 5.col.de iur.& fac.igno.& paria ſunt con
cluſum eſſe in cauſa, & ſñiam eſſe latam, vt de oībus late
dixi ſupr.in §.ſequens q.per totum.Sed tali concluſione in
cauſa non obſtante,ipſe reus criminis poteſt etiam proba
26 tiones † & defenſiones facere ſecundum Bar.in l.1.§.fin.
de q.& in l.diui.ff.de pœ.& in l.vnius.in §.cogniturum. ff.
de q.& in l.2.in §.ſi publico.in 6.col.ff.de adult.& in auth.
qui ſemel.in vlt.col.C.de proba.& in ſua diſputatione in-
ci.iudex malefi.& in tract.ad reprimen.in verbo,neglexe-
rit.& in conſi.ſuo.107.incip.viſis omnibus.& in alio cōſi.
ſuo c.incip.a domino Cyno.& volunt plures alij.quos re
tuli in l.1.in 2.col.ff.de q.Cum ergo talis probatio legis
non tollat facultatem producendi teſtes, & faciendi pro-
bationes rei in cauſa criminali.Ita dicendum puto in ca-
ſu noſtro,ꝙ non obſtante prohibitione dicti ſtatuti,pote
rit ipſe bannitus facere ſuas exceptiones & defenſiones.
Octauo alia ratione moueor ad dicendū, ꝙ non obſtan
te dicto ſtatuto dicente,nulla excep.vel defenſione audita
vel admiſſa &c.tamen ipſe bannitus ſit audiendus, ſi vult
facere ſuas exceptiones, vel defenſiones. Nã dico ꝙ licet
ſtatutum dicat, ꝙ contumax habeatur pro confeſſo, tñ ſi
bannitus per contumaciam fuerit captus per Poteſtatem,
& tunc opponat exceptionem, quæ ſi fuiſſet, oppoſita a
principio ante bannum,ipſe bannitus non fuiſſet cōpul-
ſus iudicium ſuſcipere, ꝙ eſt audiendus,& tunc iudex de-
27 clarabit†iudiciū,& bannū eſſe nullū.ita ſing. dixit Bar.in
l.non vr̄.quæ eſt l.3.in fi.ff.de iudi.quod dictū refert & ſe-
quitur do.Nellus in trac.ſuo bannitorū.in 2.par.primi tē
poris.in 2.q.in fi.Pro quo dicto ēt faciunt d.per d.Alex.in
d.l.3.ff.de iud.& per Pau.de Caſt.in conſ.ſuo 33.incipien.
ſuper

28 ſuper primo quæſito.in 2.col.vbi dixit, † ꝙ ſi poſt termi
nũ banni cõparet bãnitus,& negat ſe feciſſe delictũ,ꝙ vi-
debatur tacite confeſſus ex contumacia ex forma ſtatuti,
ꝙ ipſe eſt audiendus,allegat q̃ plura,de quibus ibi per eũ.
de quo latius dixi in ſing.meo.72.incip.per totã fere Ita-
liam &c.ita puto dicendum in caſu noſtro,ꝙ ſi iſte banni
tus in contumaciã,nunc captus & carceratus opponat ex-
ceptionẽ,quã ſi in principio oppoſuiſſet ſi cõparuiſſet,nõ
fuiſſet compulſus ſuſcipere iudiciũ, quod debet audiri: &
iudex debet declarare iudiciũ & bannũ eſſe nullũ per præ
dicta.Nono ad cõfirmationẽ prædictorũ facit optime ſen
tentia glo.ordi.in l.tale pactũ.in §.fi.ff.de pac.cum ſua ma
teria de qua dixi late in l.ſi qs viduam.in 3.col.ff. de quæ
ſtio.Nam præſumendum & coniecturandũ eſt,ꝙ ſi ſtatuẽ
tes,qui fecerunt illud ſtatutũ & dixerunt,nulla exceptio-
ne vel defenſione audita nec admiſſa &c. ſi fuiſſent inter-
rogati:ſed ponamus domini ſtatuentes, ꝙ bãnitus in con
tumaciã eſt captus,& ſtatim vult oſtendere ſuã innocen-
tiã,vultis ne,ꝙ tũc nõ audiatur? certe nemini dubiũ eſt,
ꝙ dixiſſent ſe velle ꝙ audiretur.& ſi diceremus cõtrariũ,
certe ſequeret,ꝙ tale ſtatutũ eſſet iniquũ, & tanquã cõti
nens iniquitatẽ non valeret. per tex. in c.erit autẽ lex.4.
diſt.Decimo ꝓ hac parte ꝙ nõ obſtãte d. ſtatuto ipſe ban
nitus admittat ad faciẽdas ſuas defenſiones,facit.Nam ſce
lus eſt punire innocẽtẽ,& melius eſt nocentẽ abſoluere,q̃
innocẽtẽ cõdẽnare,l.abſentẽ.ff.de pœ.& hr̃ in l.ſancimus.
C.eo.tit.& rigor & ęquitas expoſcũt, ꝙ innocẽs nõ punia
tur aliqua pœna,& maximè pœna vltimi ſupplicij,vel alia
pœna,in qua tractẽt de preiudicio irreparabili,& vbi ęq-
tas aliquid expoſcit:tũc iudex obſtante vel reſiſtente lege
vel ſtatuto habet latas habenas, & poteſt in cauſis ciuili-
bus indemninati reorũ, & oppreſſorũ prouidere: ergo a
fortiori in criminalibus.auth.multo magis.C.de ſac. ſan.
eccle.& l.cũ ipſe.C.de cõtrahen.em.cum ſi. Et quod poſſit
indemnitati reorũ prouidere in cauſis ciuilibus,& a fortio
ri in criminalibus,patet ex his,quæ ſatis late dixi ſupra in
§.ſequens quæſtio.in nu.32, & 33. cum pluribus numeris
ibi



ibi ſequentibus,vbi videas.& ultra ubi dicta faciunt dicta
per Bal.in rub.extra de conſti.in 2.colum.vbi dixit,quod
29 † conſtitutiones laicorũ ſunt ſeruandæ in foro ſpirituali,
ſi cõtinent naturalẽ æquitatẽ.alleg.Inno.in c. quia pleri-
que.de immu.eccle.& Ioan.And.in c.1.de ope.noui.nunc.
in nouel.Modo in caſu noſtro,cõcurrit maxima æquitas,
quæ eſt,vt quis nõ perdat uitã,ſi hẽt aliquã veram & legi-
timam defenſionẽ, ergo iudex debet talem defenſionem
admittere,non obſtante d.ſtatuto. Et ſic ex iſtis omnibus
rõnibus,& fundamentis apparet, ꝙ dictus bannitus põt
facere exceptiones,& defenſiones ſuas, nõ obãſte d.ſtatu
to dicente,ꝙ capto reo bannito intra tres dies exequatur
bannũ,nulla eius exceptione nec defenſione audita nec ad
miſſa,ut in d.ſtatuto dicitur. Et hanc partem firmauit ẽt
domi.Bonifacius de Vitalinis in tract.ſuo maleficiorum.
ſub rubri.de forma accuſæ porrectæ per ſyndicum.in 20.
col.i verſi.ſed quid,M.accuſatus &c.Stãte ergo hac opinio
ne firmata a pluribus ex pluribus iuribus & doctrinis,ope
ræ precium eſt reſpondere aliquibus obiectionibus, quæ
fieri poſſent contra prædictas rationes, & fundamenta,
ideo ad illa condeſcendo.Et dico quod non obſtat, ſi per
curiam diceretur contra primum fundamentum de ex-
ceptione inualida,& friuola,quæ intelligitur reiecta,non
aũt de ualida & iuridica.Nã poſſet dicere curia nobis non
conſtat,ꝙ iſtæ exceptiones ſeu defenſiones fiendæ ab iſto
bannito ſint validæ & nõ friuolæ,ergo nõ tenemur eas ad
mittere obſtãte prædicto ſtatuto.Quia rñdeo ꝙ imo con-
30 ſtat ipſi curiæ:Nã friuola ſeu nulla dicuntur illa,† quæ ꝓ
bata nõ releuãt,& non ſunt in conſideratione arg.l.4.§.cõ
demnatum.ff.de re iud.& l.quoties.ff.qui ſatiſdare.cogan.
cum ſimi.& habetur in l.actor.& in l.ad probationẽ.C.de
proba.Sed exceptiones innocentiæ,& aliorum ſupradicto
rum fundamentorũ,ſunt talia,quæ probant,& ſecum por
tant victoriã;patet in iuribus allegatis in dictis fundamẽ-
tis:ergo nõ poſſunt dici friuola & inualida,ſed ualida & iu
ridica.Non obſtat etiam ſi diceretur per Curiam,ꝙ in ca-
ſu noſtro non eſt audiẽdus dictus bannitus mõ aliquo, eo
quia

quia ſtatutũ prędictum ſupra pluries allegatũ auferret ipſi bannito omne remedium, & omnẽ defenſionem ut patet ex dictis uerbis uidelicet. nulla exceptione uel defenſione audita, nec admiſſa &c. Et quando ſtatutum tollit omnem
31 † defenſionem, nõ ſolum tollit friuolas, ſed etiam legitimas, ſecundum Bartol. in l. 1. in. §. parui. in 2. colum. uerſicu. ſtatutum. ff. quod ui aut clam. Quia reſpondeo pluribus modis: & primo reſpondeo prout dixi ſupra, quod ſtatutum tollens omnem defenſionem non ualet: cum defenſio ſit de iure naturali, quæ tolli non poteſt per principem ſeu ſuperiorem, ut dixi late ſupra in. §. quoniam. nume. 76. 77. & 78. Item reſpondeo & aliter uidelicet, quod caſu quo ſtatutum tollens defenſionem ualeret, attamen intelligitur ſolum tollere defenſiones requirẽtes longam diſputationem, & altiorem indaginem: non autem intellige
32 retur tollere† defenſiones claras, ſuccinctas & promptas. & intelligit tantũ tollere defenſiones, ſeu exceptiones dilatorias, non autem peremptorias, quod probo ꝑ argumẽ
33 tũ ab abſurdo. † quod eſt ualidũ in iure: ut habetur in l. nã abſurdum. ff. de bo. lib. & uoluit Bld. in l. conuenticulam. in 3. colũ. C. de epiſco. & cle. Sed ſi intelligerem⁹, ꝙ ſtatutũ tollẽs omnes defenſiones, tollere claras ꝓmptas & peremptorias, ſequerentur plura abſurda & inconueniẽtia. Nã ſequeret quod ſi bannitus haberet ſaluũ conductũ, & cum eo ueniret ad ciuitatem, à qua eſt bãnitus, qđ deberet decapitari, nõ obſtante ſaluo conductu: quia ſi eſſet captus & cõſignat⁹ Poteſtati ex forma ſtatuti intra tres dies deberet decapitari, nec poſſet ſe iuuare ex ſaluo cõductu: quia quando uellet ſaluum cõductum producere, & illum oſtendere Poteſtati & Curiæ, poſſet ſibi obiici ſtatutũ ſupradictum, uolẽs, quod nulla exceptio uel defenſio ipſi bãnito audiatur, uel admittatur: ſed ſi nulla exceptio nec defenſio eſt audienda, nec admittẽda: ergo etiã exceptio ſeu defenſio ſalui conductus nõ eſſet admittẽda: quia q omne dicit, nihil excludit. l. cũ prætor. ff. de iudi. cũ uulg. & ſic ipſe bannitus reperiret ſe deceptũ ſub fide & clipeo ſuperioris, qui fecit ſibi ſaluum conductũ: quod eſſet nedũ abſurdum,


ſurdum, ſed etiam abſurdiſſimũ, & iniquiſſimum, contra deum, iuſtitiam, æquitatem & rigorẽ, & contra honorem ſuperioris ar. l. 1. ff. de conſtitu. pecu. ibi graue eſt fidẽ fallere. & facit. l. 1. ff. de pac. & l. iuriſgentium. §. prætor ait. eod. tit. & l. 1. ff. ſi menſ. fal. mo. di. & epiſtola, inter claras, C. de ſumma tri. & ſi. catho. Itẽ ſequeretur etiam aliud inconueniens, & abſurdũ videlicet, quod ſi aliquis eſſet bannitus ab hac ciuitate Bononiæ ſub pœna capitis, & talis bannitus eſſet puta Florẽtiæ, Ferrariæ, Mediolani, vel alibi, in loco nõ ſuppoſito iuriſdictioni Bononiæ: & fuiſſet in aliquo loco nõ ſuppoſito iuriſdictioni Bon. captus & ꝑ vim ductus hic Bononiæ, & ꝑſentatus Poteſtati, quod deberet eũ decapitare, nõ obſtante quod per vim fuiſſet ductus Bononiã ſi non deberet audiri obſtante prædicto ſtatuto ꝓhibente omnem exceptionẽ, & defenſionem bãnito, quod eſſet iniquiſſimũ, & plus quã abſurdum, & eſſet contra ius & iuſtitiã: quia talis bannitus exiſtens extra iuriſdictionem Bononiæ, ſi eſt captus extra iuriſdictionẽ & diſtrictũ
34 Bononiæ, & ꝑ vim ductus † hic Bononiæ, nõ debet puniri, nec põt contra eum exequi bannum, ſed debet relaxari, vt poſſit reuerti. vbi erat, vel alibi extra iuriſdictionẽ Bononiæ. ita dixit Bal. in authen. item nulla communitas. C. de epi. & cle. in fin. & Bal. ſuper ſtatu. in verbo, bannitus in uerſi. & Iaco. But. in addi. ſuis ad tract. Gandi. ſuper maleficijs. ſub rubr. de banni. pro maleficio. in 5. colum. & do. Nel. in tract. bannitorũ in 2. parte. 2. tempo. in quæſt. 30. & voluit Iaſ. in l. ſi. poſt princ. ff. de iur. omni. iudi. pro quo ciũt plura & plura in propoſito, quæ alias ſimul reduxi in l. 1. in princ. in 2. fallen. ff. de ſica. & in l. 1. C. eo. Reſultaret etiam aliud inconueniens & abſurdũ. Nam ſi bannitus occideret aliũ bannitũ, & eſſet poſtea captus a Poteſtate, & vigore ſui bãni Poteſtas vellet facere ipſum mori intra triduũ ſcđm formam ꝑdicti ſtatuti, ꝙ ipſe bãnitus uolẽs facere ſuam defenſionẽ, & docere, ꝙ ipſe per occiſionem illius alterius bãniti cõſequutus fuit remiſſionem, & liberationẽ ſui bãni ex forma ſtatuti, nõ poſſet: quia pari modo Curia poſſet ſibi dicere: tu nõ potes facere aliquã defenſionem:

nem: quia ſtatutũ tollit tibi omnem defenſionẽ, & ſic poſſet facere eum mori. & hoc mõ ipſe bãnitus periret ſub clipeo alterius ſtatuti, qđ eſt inſanum dicere vel opinari. Et poſſent poni plura alia exẽpla, vt in bãnito capto in eccleſia, & in ſimilibus, quæ non refero breuitatis cauſa. Ex quibus conſtat, ꝗ licet ſtatutũ tollat omnẽ defenſionem bãnito, tollit ſolũmodo friuolas, fruſtratorias, cauilloſas, ſeu calumnioſas, & dilatorias: nõ aũt ſibi tollit defenſiones legitimas, validas & perẽptorias: maxime illas, quas in prõptu ſecũ habet ipſe bãnitus. Et ſi aliter diceremus, ſequeretur abſurdũ: & abſurda, de quibus ſupra. & eſſet proprie iudaice interpretari ſtatuta, quæ ciuiliter & rationabiliter ſunt

35 intelligẽda & interpretãda, & nõ iudaice, † ſecundum gl. in l. dãni. in §. ſi is. ff. de dam. infec. quã refert & approbat Bal. in l. quicũque. in antep. col. C. de ſeruis fugi. & in l. oẽs populi. in 14. col. ff. de iuſti. & iure. & do. Alex. in conſil. ſuo 144. incipiẽ. poſt redditum. in 2. col. ad quod dicit bene facere text. in l. cũ autem. in §. excipitur. in verſi. capitale autẽ. ff. de ædi. edic. & faciunt etiam dicta per Alexan. in conſi. 83. incip. viſa facti narratione. in 2. col. in 2. volumi.

36 vbi ſubdit, † ꝗ omnis intellectus abſurdus fugiendus eſt in legibus, & ſtatutis. per l. ſcire oportet. in §. aliud. ff. de excuſ. tuto. & in l. in ambigua. ff. de legi. & per l. nã abſurdũ. ff. de bonis lib. & quod ẽt voluit Bar. in l. omnes populi. in 6. q. princip. in verſ. iuxta pręmiſſa quęro &c. ff. de iuſti. & iur. & in l. non dubiũ. C. de legi. & voluit Ludo. Roma. in conſil. ſuo 487. incipiẽ. in caſu propoſito. & Alexan. in conſi. ſuo 325. incipien. ſuper eo de quo queritur. in 3. col. Pro quo faciunt dicta a beato Hieronymo relata a Petro de Anchara. in conſil. ſuo 283. incip. in auxilium veritatis. in pen. colũ. vbi dicit, quod veritas non conſiſtit in verbis ſcripturarum, ſed in eorum ſententia: non in ſuperficie, ſed in medule: non in folijs, ſed in radice rationis: vt habetur in c. marchion & baſilides. 1. qõ. 1. & in l. ſcire leges. ff. de legi. & voluit Cyn. in l. 1. C. quæ ſit longa conſ. & faciunt alia plura quæ dixi in l. ſi quis viduam. in 4. colum. ff. de quæſtio. & dicta per Soci. in conſi. ſuo 35. incip. circa prædictam.



prædictam. in 2. colum. verſic. ſanus. & per Abb. in conſil. ſuo. 75. incipien. primo eſt videndum. in 3. colum. Ex quibus omnibus ample patet dictam oppoſitionem non obſtare. Nec obſtat, etiã ſi contra ſuperius dicta opponeretur & diceretur, ꝗ licet ſtatutum tollens omnes exceptiones, non tollat exceptiones prouenientes ex alio ſtatuto: hoc non opitulatur ipſi bannito: quia hoc debet intelligi de exceptione ꝓbata ſeu manifeſta alterius ſtatuti. ſecus aũt ſi exceptio, ſeu defenſio proueniens ex capite alterius ſtatuti non ſit notoria vel probata: quia bãnitus tunc non poterit admitti ad illã probandam, tunc & eo tempore, quo eſt captus & carceratus obſtante prædicto ſtatuto.

Quia reſpõdeo, ꝗ licet nõ ſit ꝓbata exceptio ꝓueniẽs ex capite alterius ſtatuti, attamen ipſe bãnitus habet intẽtum in hoc qđ oſtendo. Nam poſtquam ſtatutũ tollẽs omnes exceptiones, & defenſiones nõ tollit exceptionem ex alio ſtatuto, vt dixi, ſed ſi ipſam nõ tollit, ergo ipſam exceptionẽ prouenientẽ ex alio ſtatuto admittit & cõcedit, vt de ſe patet: & ẽt patet, quia contrariorum eadem eſt cẽſura vt iuribus vulgari. Si ergo eam admittit & cõcedit, ergo omnia alia admittit & cõcedit per quæ deuenitur ad illud

37 † l. oratio. ff. de ſponſa. c. cũ quid vna via. de regulis iuris. in 6. l. 2. ff. de iuriſdictione omn. iudi. l. ſi venditor. ff. de religio. & ſum. fu. l. vxori. ff. de auro & argento lega. de quo late per Old. in conſil. ſuo 11. incipien. thema tale eſt. & ꝑ eundem in conſilio 27. incipien. thema tale eſt, vacante &c. & per d. Felin. in c. cauſam quæ. in 1. & 2. col. de re iudic. & in c. quã ſit de iudæis. circa princ. & faciunt quæ late dixi in ſingul. meo. 175. incip. conceſſo vno. & in ſingu. meo 17. incipien. acceſſorium &c. Ita ergo eſt dicendum in caſu iſto: videlicet, ꝗ poſtq̃ admittitur & conceditur a iure exceptio proueniẽs ex alio ſtatuto: vt ſupra, dixi. ẽt intelliguntur cõceſſa & admiſſa omnia, per quæ deuenitur ad illas exceptiones & defenſiones. Et iſta reſponſio tollit ẽt aliqua alia obiecta, quæ fieri etiam poſſent contra aliquas alias oppoſitiones ad ſupradicta. Nec obſtat etiã ſi diceretur, qđ imo ſi aliqua defenſio, ſeu exceptio innocentie,

tię, vel alterius rei competeret ipſi bannito, quod tñ illa vti non poſſet: eo quia illá ſeu illas non oppoſuit tempore, quo cõtra eũ procedebatur ad bannum, quo caſu ſuccedit illud: videlicet, quod quando aliqđ ius, ſeu priuilegiũ, ſeu exceptio alicui cõpetit: & ille talis debito tempore illam non opponit: videtur ei renuntiare: adeo ꝙ valet ꝓceſſus, qui non valuiſſet, ſi illud oppoſuiſſet. Exemplũ poteſt poni in procuratore cõparẽte in cauſa criminali, qui in tali cauſa non põt interuenire: vt in l. penulti. in §. ad crimen. ff. de public. iudic. cum ſimili. tñ ſi interuenit, & non fuit oppoſitũ per partem, vel per Curiam, valebit iudiciũ. vt dixi late. ſupra, in §. ſequtur. nu. 8. & in l. ſi quis ne quæſtio. in 20. col. ff. de quæſtio. Quia reſpondeo ꝙ hoc nõ habet obſtare in caſu noſtro dicto bannito: eo quia ipſe bannitus fuit bannitus in cõtumaciã: & ſic ſibi non licuit aliquid opponere, dicere, allegare, vel deducere: quia contumax neſcit q̃d cõtra eũ agatur: & talis non potuit mittere procuratorẽ, cũ in cauſa criminali non poſſit interuenire ꝓcurator, vt dictum eſt; iura aũt ſuperius allegata vendicant ſibi locũ in illo, qui non eſt contumax, ſed in illo, qui comparet & põt allegare, dicere, oſtẽdere, & deducere iura ſua, & exceptiones & defenſiones ſuas facere. Nec obſtat ẽt ſi dicatur, ꝙ ipſe bãnitus non eſt audiẽdus circa aliquã defenſionẽ, vel exceptionem faciẽdam: quia ſi audiretur, & admitteretur, ſui teſtes & ſua iura, poſſet forte ſeq ex apicibus iuris ſentẽtia abſolutoria in fauorẽ ipſius bannit quo caſu ſequeretur maximũ inconueniẽs: videlicet, ꝙ delictũ, propter quod ipſe bãnitus fuit bãnitus, remaneret impunitũ cõtra volũtatem & mentem ſtatuentium, & cõtra diſpoſitionẽ iuris ciuilis & canonici: ꝙ eſſe non debet, l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquiliam. cũ ſimilibus. ergo non debet admitti. Quia reſpõdeo verũ eſſe quocũque iure ſtatutario ciuili, & canonico, & diuino delicta nõ debere remanere impunita: attñ dico ꝙ propter hoc non ſequitur, ꝙ innocẽs ſit puniẽdus: vt delicta non remaneant impunita. arg. c. ex tenore. de foro compet. & c. nuper. de donat. ante nupt. Item dico ꝙ delicta non debent remanere impunita, eſt verum hoc: attñ pœna debet tenere ſuos autores, & non innocentes. iuxta l. ſancimus. C. de pœnis. & cap. quæſiuit. de his quæ fiunt a ma. parte capi. & cap. 2. & vtrobique per gl. & doct. de conſti. imo ſi aliqua lex, vel ſtatutũ diceret contrariũ, eſſet iniquum & non eſſet ſeruan-

38 dum, † ſecundum do. Cardinal. in conſil. 44. incipien. pro domino Chriſtophoro: imo deterius eſſet, vt delicta nõ remanerent impunita, punire innocentẽ pro nocẽte, quã relinquere delicta impunita: vt in l. abſentẽ. ff. de pœnis. Et iſte bãnitus, de quo in caſu noſtro dicitur innocẽs, ex quo

39 habet iuſtas defenſiones, quoniam innocenti † par eſt, qui habet iuſtas defenſiones, ſecundum Bal. in l. 2. C. qui teſtamenta facere poſſunt. & Paul. de Caſt. in l. ſi quis filio. in §. hi aũt. ff. de iniuſto teſtamẽto vbi allegat bonum text. in l. Iulia. in fin. ff. ad legẽ Iuliã repet. & idem dixit Bald. in reperto. ſuo: in verbo, iudex. in 3. col. verſicu. iudex faciens executionem &c. & in d. l. adictos. in 1. col. C. de epiſco. audien. de quo ẽt dixi ſupra, in §. opportune. nume. 17. Nec etiam obſtat illud: videlicet, quod eſſet peſſimum exemplũ in populo: niſi ipſe bãnitus occideretur. Quia reſpondeo, quod peius eſſet exemplũ in populo, ſi ipſe bannitus innocens occideretur. ꝓprie eſſet ponere populum in maxima anxietate, perplexitate ac timore: cõſiderando ꝙ innocẽtia non iuuat hominẽ à pœna, nec à morte: & tantum prodeſt eſſe nocens ſicut innocẽs, & tantũ bonitas quantũ iniquitas: & ſic plures poſſent fieri malæ cogitationes circa hoc. Et ex iſtis oĩbus firma remanet cõcluſio, ꝙ in caſu q̃ſtionis prædictæ, iudex non poterit facere executionẽ cõtra dictum bannitum: ſed debebit admittere & recipere ſuas exceptiones, & defenſiones legitimas ꝑdicto ſtatuto vel ſimili non obſtãte. Pro quibus oĩbus faciunt dicta per Specul. in titu. de accuſa. in §. ſequitur. in 9. colum. in verſi ſed pone. A. fuit accuſatus &c. & quę dixi ego in ſing. meo. 293. incip. ſtatutum &c. Tene menti prædicta: quia vere ſunt quotidiana utilia & practicabilia. Et Deum atteſtor, ꝙ hanc queſtionẽ habui in facto diebus meis quatuor vicibus, in quatuor perſonis, q̃ bannitæ erant pœna mortis, & eas

eas liberaui,& adhuc ẽt oẽs viuũt,vnus vocabatur Petrus Ant.de Fernesio,alius vocabatur Rixius de Scarellis.alius vocabaẽ Nicolaus de Guarmanis.vltima fuit mulier, q̃ vocabatur Rubea.& ꝓ vnoquoq; ipſorum oretenus allegaui,& conſului in ſcriptis,vt apparet in meis conſilijs.primo cõſului ꝓ d.Petro Antonio,& conſilium quod feci ꝓ eo in volumine cõſiliorũ meorum eſt 16.& incipit,inclina cor meũ in teſtimonia tua domine &c. & conſilium ꝓ Rixio de Scarellis eſt 38.& incipit,quoniam ſaluos facis ſperantes in te domine &c.& conſilium quod feci ꝓ Nicolao de Guarmanis in ordine dictorum meorum conſiliorum eſt 45.& incipit,in cã Nicolai de Guarmanis &c. conſiliũ aũt quod feci pro dicta Rubea eſt in ordine.97.& incipit, notam fac mihi viam in qua ambulem domine &c.in quibus conſilijs me ſatis extendi circa dictam quæſtionem, ideo videas dicta mea conſilia.Hippolytus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Statutum permittens bannitum poſſe impune occidi valet,& tenet.Et quid ſi pro pecuniario debito.num. 2.*

3 *Beneficio ſtatuti permittentis bannitum poſſe impune occidi an gaudeat,qui ignoranter occidit bannitum,quem neſciebat exulare.Et quid de rebannito.4. 5.*

6 *Cancellatus indebite de banno,quando quis dicatur.*

7 *Cancellatio actorum quando habeat vim ſententiæ.*

8 *Cancellationes inualidæ factæ per magiſtatum, vel tabellionem non derogant ſcripturæ.*

9 *Bannum in pluribus libris deſcriptum,& in vno cancellatum an ſufficiat .*

10 *Bannitum occidens quando bannum non erat ſolenne,an gaudeat priuilegio ſtatuti impunitatem continentis .*

11 *Statutum impunitatem occiſori exulis ſtatuens reclamat iuri diuino.Nec releuat ab infamia nu. 12.*

13 *Homicidium omne habet in ſe dolum & delictum,etiam ſi a ſtatuto permittatur .*

14 *Homicida in facto graui non poteſt recipi in teſtem ſine tortura.*

*Statu-*



15 *Statutum offendenti bannitum impunitatem præſtans,an videatur etiam permittere,quòd poſſit impune occidi. Et an extendatur vſque ad bonorum combuſtionem nu. 16.*

17 *Bannitus ſeipſum vulnerans,an excuſetur virtute ſtatuti de bannitis occidendis.*

18 *Clericus qui ſtudioſe ſeipſum vulnerat, an incidat in canonem .*

19 *Delinquere in ſe non eſt minus, quam in alium delinquere .*

20 *Maßarius,qui delictum commiſit,an cadat in pœnam ſtatuti de maleficijs denunciandis,ſi non denunciauerit.*

21 *Statutum præmians banniti occiſorem , an trahatur extra bannientis territorium.*

22 *Bannum principis bannientis de terris ſuis,an trahatur ad poſtea acquiſita.*

23 *Bannitus de vna ciuitate,an intelligatur bannitus de alia ſibi confœderata.*

24 *Bannitus incarceratus,non poteſt impune occidi .*

24 *Incarceratus eſt ſub curiæ protectione .*

25 *Inimicum captum occidere in bello licito eſt illicitum .*

26 *Meretricatio,& acceſſus ad publicas meretrices non nuptas , eſt impunibilis de iure fori.*

27 *Bannitus,quid de proximo eſt rebanniendus , an impune poſſit occidi.*30

28 *Bannitus,qui a ſuperiore toleratur, an poſſit impune occidi .*

29 *Patientia nihil operatur,vbi requiritur ſcriptura de neceſſitate .*

31 *Clericum veſtimento laicali indutum percutiens , quem ſciebat clericum,a pœna excommunicationis non excuſatur. Et idem in virgine meretricio habitu veſtita .*

32 *Error communis in quibus non faciat ius.*

33 *Ignorantiam eorum quæ in publicæ fiunt allegans,nõ audiẽdus.*

34 *Bannitus qui communi æſtimatione pro non bannito capiebatur , an poſſit impune occidi,vigore ſtatuti de bannitis occidendis.*

35 *Inſtrumenta facta per notarium fictum an valeant,cum apparet illum non eſſe notarium .*

36 *Facta a non vero prælato,qui verus credebatur , valent.*

37 *Legitimus reputatur partus ex matrimonio reputato legitimo .*

38 *Actus ratione officij facti illegitime tolerantur , ſi communi exiſtimatione legitimi reputabãtur.Et quid de præſentatione p*

 *patre-*

patronum fictum facta.num.39.
40 Excommunicatio ab epiſcopo lata de gemmis in capite feriendis, an liget mulieres, quæ vnanimiter recipere prohibitionem noluerunt.
41 Bannitum dum ducitur ad patibulum, occidẽs an iuuetur beneficio ſtatuti de bannitis occidendis.
42 Tranſitus per ciuitatem etiam reficiatione non includitur ſub habitatione.
43 Statutum loquens de bannitis, comprehendit bannitos tempore ſtatuti, non ex poſt.
44 Immunitas eccleſiæ conceſſa non porrigitur ad futurã eccleſiam.
45 Reſcripta ad lites non trahuntur ad futuras.
46 Ferijs renuntians de præſentibus intelligitur.
47 Pacem faciens pro ſe, & adherentibus vel filijs, non trahitur ad futuros.48.Et idem de ſubſtitutione.nu.49.
50 Cedens oĩa iura ſua, non comprehendit, cõditionalia, vel in diem.
51 Statutum loquens per verba præteriti temporis, quando trahatur ad tempus futurum.
52 Statutum loquens ſuper priuilegijs conceſſis, quando habeat locum in concedendis.
53 Bannitus occidens bannitum, an gaudeat priuilegio ſtatuti de bannitis occidendis.54.
55 Generalitas ſtatuti ad habiles perſonas reſtringenda. Et quando fallat.nu.58.
56 Statuta non patrocinantur bannitis qui extra protectionem communis ſunt.
57 Statutorum beneficia non dantur bannitis.
59 Statutum odioſum quãdo extendendum.Et idem de lege odioſa. nume.60.
61 Reipublicæ vtilitas quantæ potentiæ.Vſque ad nume. 57.ſupra & num.63.
62 Taciturnitas ad alium obligandum non habetur pro conſenſu.
64 Extenſio ex identitate rationis de ſimilibus ad ſimilia, etiam in exorbitantibus fauore reipublicæ fit.
65 Statutum concernens publicam vtilitatem, dicitur pium & fauorabile.
66 Statutis duobus ſtantibus quod illorum dicatur ſpecialius.

Cardi-



67 Cardinales a Papa petens licentiam eundi ad concilium, an poſſint ire licentia non obtenta.
68 Viri literati propter publicam vtilitatem eccleſiæ vniuerſalis ad pluralitatem beneficiorum ſunt extollendi.
69 Statutum contra rempub.non interpretandum in eo, quod poteſt alios tangere.
70 Reſpublica officialibus ſuis arbitrium generale præbens non intelligit contra bonum publicum præbere.
Bonum publicum eſt maximi priuilegij.
71 Reſcripto principis quod publicæ vtilitati repugnat, non parendum.
72 Statutum in fauorem reipu.et ſi ſit contra clericos, eſt validum.
73 Statutum quando publice intereſt non ſeruari, non ſeruandum.
74 Vtilitas publica dicitur iuſta cauſa.
75 Satutum de bannitis offendendis, & non occidendis, an includat caſum, quando offendens perimit bannitum propter reſiſtentiã.
76 Reſiſtentiam facere actui licito non licet.
77 Homicidium ex actu ad formam ſtatuti conceſſo ſecutum, an impunibile.
78 Cauſa quælibet etiam iniuſta a dolo excuſat.
79 Correctio patris in filium licita.Item & magiſtri in diſcipulum. nu.80.Et mariti in vxorem.nu. 81.
82 Defenſio non cenſetur maleficium.
83 Bannitus qui põt impune occidi an poſſit poſt mortem ſpoliari.
84 Pax bannito facta an ſeruanda.
85 Rixa noua ſuperueniens an dicatur rumpere pacem. Et quando præſumatur ex antiqua cauſa.nu.86.
87 Treuga percuſſa an admittat offenſionem ex iuſta cauſa.
88 Bannitus in ære & perſona, habetur pro mortuo.
89 Legitima filio bannito banno capitali, an debeatur.
90 Banniti perſona non reputatur eſſe in rerum natura. Quod fallit in bannito pro debito ciuili nu.91.
92 Bannitus quilibet habetur pro fugitiuo & quocunque die capi poteſt.
93 Bannitus ſtatim quod in banno eſt poſitus cenſetur eſſe in fuga.
94 Bannitus ex cauſa famoſa, interim a teſtimonio repellitur.
95 Bannitus an ſit infamis.

Ban-

96 *Bannitus per principem reſtitutus, an reſtituatur in fama.*
97 *Infamis ad famam de ordinata iuſtitia reintegrari non poteſt.*
98 *Bannitus perdit iura ciuitatis nume. 99. Et an perdat beneficium ſuccedendi. nu. 100. Et quid de patria poteſtate. nu. 101. Item de tutela & alimentis nu. 102. 103.*
104 *Bannito ſaluus conductus per iudicem fieri an poſſit.*
105 *Banni executio qualiter fieri debeat.*
106 *Iudex procedens contra aliquem tanquam contumacem, qui pro confeſſo haberi debet, quam debeat ſeruare cautelam.*
107 *Sententia canonis, vel legis, officium iudicis executiuum non habet, ſine hominis ſententia cum cauſæ cognitione.*
108 *Notarius falſi notatus ex forma ſtatuti an poſſit inſtrumenta conficere ante ſententiam iudicis*
109 *Prohibitum a lege vel a ſtatuto faciens, an teneatur ad pœnam ſine ſententia iudicis declaratoria. 113.*
110 *Executio contra excommunicatum ante declarationem eſt ſuſpenſa.*
111 *Criminis infamiæ probatio non ſufficit ſine confeſſione, aut iudicis ſententia.*
112 *Statutum de amiſſione feudi per feloniam a vaſallo commiſſam qualiter intelligendum.*
114 *Sententia iudicis in pœnis requiritur.*
115 *Emphiteuta quantumcunque promiſerit ſoluere, n intelligatur cecidiſſe a iure ſuo per ceſſationē canonis ſine ſñia iudicis. 122.*
116 *Verba futuri temporis qualiter interpretanda.*
117 *Sententia iudicis declaratoria in quibus caſibus requiſita antequam diſpoſitio a iure vel ſtatuto expreſſa effectum ſortiatur. Vſque ad nu. 106. & nu. 118. 123. 124.*
118 *Mulier quo caſu non præferatur creditoribus mariti in bonis in inſtrumento dotali expreſſe obligatis.*
119 *Mulier inexcuſſis mariti bonis, an poſſit agere hypothecaria contra tertios poſſeſſores.*
120 *Executio libere etiam incitato condemnato poſt ſententiam ipſo iure prolatam fieri poteſt.*
121 *Contumaciam conſtare ex actis an ſufficiat ſine iudicis declaratione.*

*Aggre-*



§. AGgredior modo materiam bannitorum, quàm ſupra pollicitatus ſum tractare: quia eſt (nihil fallor) materia valde vtilis quotidiana, & multum lucroſa: quam tamen latius tetigi in tract. meo bannitorũ vbi tetigi & examinaui ipſam materiam, & dependẽtia, cohẽrẽtia & cõnexa: ſed nunc tangã ſuccincte aliqua principalia.
1 Et ideo ſcias, ꝙ ſtatutũ † permittens bãnitum poſſe impune occidi, valet & tenet, ſecundum Io. And. in addi. Specu. in tit. de conſti. in §. 1. circa pen. & vlt. col. & Hoſt. in c. fin. de conſue. in eo qui eſſet bannitus in pœna corporali: & voluit Bart. in l. omnes populi. in 3. q. princ. ff. de conſtitu. & in l. 2. per illum text. C. quando liceat ſe ſine iudi. vind. & Bartol. & Bald. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iure & Alberi. de Roſa. in vltim. parte ſtatu quæſtio. 17. & Bald. in l. Gracchus. C. de adult. & in l. fi. C. ſi contra ius vel vti. pub. & in l. vnica. in 13. col. C. de confeſſis. & in l. 1. in 9. colum. C. de ſumma trin. & in l. 1. C. ſi a non compe. iudi. do. Ant. & Io. de Imo. in c. quæ in eccleſiarũ, de conſt. quos omnes refert & ſequitur d. Alexa. in conſi. ſuo 114. incip. ponderatis. in 1. col. in 1. vol. & in conſi. ſuo 284. incip. attentata diſpoſitione. in 1. col. & de quo etiam per d. Albertũ de Cataneis Combononienſem doctorẽ profecto excellentiſſimũ in trac. ſuo Violentiæ. in verbo, mortui. in 13. char. in 1. col. verſ. item dubitatur quia &c. & late ꝑ Iaſ. in l. vbi pactum. C. de tranſac. in 5. & 6. col. Et tale ſtatutum dẽt late interpretari, cum contineat publicã vtilitatem, de quo ꝑ do. Phil. Dec. in conſi. ſuo 65. in 2. col. Et ſcias econtra, ꝙ ſtatutum permittens bannitum pro debito pecuniario poſſe
2 † impuni occidi non valet, ſecundum glo. 4. q. 1. in ſumma de quo latius per Iaſo. in d. l. vbi pactum. in 5. col. Et ſcias
3 ꝙ ſi quis ignoranter occidit bannitum, quem † neſciebat eſſe bannitũ, gaudeat tñ beneficio ſtatuti permittentis bãnitũ poſſe impune occidi, & ſic non incidit in aliquã pęnã, ita dixit Bar. in l. inter omnes. in §. recte in vltim. col. ff. de fur. & in l. genero ꝑ illũ tex. ff. de his qui no. infa. quem refert & ſequitur Alex. in d. conſi. 114. incip. ponderatis. in 4. col.

4.colum.in 1.volu.Item ſcias etiam ꝙ occidens bannitũ,
4 q erat rebannitus, † ſed nõ erat cancellatus adhuc de ban
no,gaudet beneficio dicti ſtatuti.&ideo nõ debet puniri ꝑ
inde ac ſi occidiſſet bãnitũ, ſecundum Paul. de Caſt. ĩ l.ſi
quo.ff.de acqui.poſ.quia ſufficit,ꝙ eſſet deſcriptus ĩ libro
bãnitorum:quoniam talis occidẽs excuſat̃ auctoritate pu
blicæ ſcripturæ:de quo latius per do.Alex.in d.cõſi. 114.
ĩ 3.colũ.pro quo facit etiam ꝙ uoluit Bald.ĩ l. Labeo.§.1.
in fin.ff.de pac.ubi dicit, ꝙ licet bãnitus ſoluerit cõdẽna-
tionẽ,ſeu pœnam:tamen niſi ſit cãcellatᵘ de bãno, adhuc
poterit impune occidi.de quo latius per dom.Alex.ĩ d.cõ
ſil.114.in 1.volu.in fin.&in conſil.289.incip. attenta diſ-
poſitione.in 1.col.ubi omnino vide do.Nellum in tracta.
bannitorũ.in 1.parte.3.tempo.in 2.quæſtio. Itẽ ſcias etiã
5 ꝙ occidens † bannitum indebite cãcellatũ de banno, nõ
punitur,ſicut ſi nõ fuiſſet cancellatus,ita not. dixit Bald.ĩ
c.1.in princ.in tit.hic finitur lex Corra.& in l.ſcriniarios.
C.de teſta.mili.& Ioã.Andr.ĩ c.veniens. de accuſa.in no-
uella.& do.Nellus in trac.banni.in 1.parte.3. tempo.in 3.
q.& d.Bar.Cæp.in conſil.ſuo.7.incipiẽ.quidã fuit Paduæ,
condemnatus.in 2.colum.ubi dicit, ꝙ idem uoluit Rayn.
in l.ſi nõ ſerui.per illum tex.ff. de dona. inter uirũ & uxo.
6 Et teneas menti,ꝙ quis præſumitur indebite † cancellatᵘ
de banno,quando nõ apparet cauſa,propter quã fuit can
cellatus,ſecundum Bald.in ca.cum ſuper.ĩ ulti.col.de re iu
di.& in l.ſi non ſortem.in.§.adeo.ff.de condi.indebi.& in
l.ſi præſes.C.quomodo & quãdo iud.in fi.ubi no.loqtur.
7 Et iter cætera dicit, ꝙ cancellatio actorũ † habet uim ſen
tentiæ,quando iudex expreſſit cauſam cancellationis, uel
quando ita ſe habet conſuetudo.quod intelligit ibi Bal.an
te fin.quando cancellatio fuit ualida,ſecus ſi fuit inualida:
unde dicit ipſe ꝙ cancellationes inualidæ factę per magi-
8 ſtratus, † uel per tabelliones,non derogant ſcripturę: qđ
dicit eſſe menti tenendum.Et uide ad prędicta circa mate
riam cancellationis d.Nellũ in tra.banni.in 3.parte.2.tẽ-
po. qõ. 35. incip. ſed circa idem &c. & Abb. in conſi. 7.
incip.tria circa primum in 3.col.uer. ex hoc capite &c.in
3.uolu.



13.uolu.& Bald.in reper. ſuo. uer. bannũ cũ cancellatur.&
uide etiam in materia Specul. in titu. de accu. in.§.ſequi-
tur.in 9.col.in uer.& nota.ꝙ cum banna.& ibi Bal.in addi.
in ti.de inſtru.edic.in uer.ſed ſi bannum.& eundẽ Bal.in l.
ſcriniarioſ.in uerſi.itẽ ſcias.C.de teſta.mili.& in l.emanci
patione.in fi.C.de fide inſtr. & in l.noſtra. in 1. col.C.de
teſta.& Bar.in l.acta.in prin.in pe.q.ff.de re iudi.Itẽ ſcias
9 etiã ꝙ ſi bannũ ſit in pluribus liberis deſcriptũ, † nõ ſuffi
cit una cancellatio, niſi cancelletur de omnibus libris.ita
dixit Ange.in l.fi.per illũ text.ff.de his quæ ĩ te.dele.& ibi
Paph.Guma.quos refert & ſequitur Alexãd.in d. conſilio
289.incip.attenta diſpoſitione &c.in 2.col. Et de omnibᵘ
ſupradictis uide quæ late dixi in ſing.meo 340. incipien.
caute agnat &c.Et ſi quis occidit bannitum,quando ban-
10 num non erat ſolẽne an puniatur,† licet exiſtat ſtatutũ ꝙ
bannitus poſſit impune occidi:uide Bar.poſt Dy.in l.pen.
ff.de adul.et Saly.in l.cũ qui duas.C.de adul.de quo latius
per Alexand.in d. conſilio ſuo 289. in 3. col. in uer. adde
etiam &c.Et uide etiã omnino Bald. circa cancellationem
banni.in conſi.ſuo 31. per dominum &c. alias incip. hæc
quæſtio fuit &c.in 4.uol.Item de illo, qui occidit bãnitũ
quando bannum nõ erat ſolẽne, an puniatur. uide Bart.
in l.3.in.§.ſi ſeruus.ff.de acq.poſ.Ang.in l.cũ uero.in prin.
ff.de fideicom.liber.& Bal.in l.2.ff.de iure iur. & in l.1.C.
ſi à nõ compe.iudi.& ĩ auth.quæ ſupplicatio.C.de ꝑci.im
perat.offe.&in l.lite.C.de libera.cauſa.& in l.qui à latro-
nibus.in.§.1. & ibi Ioan.de Imo.ff. de teſta. & in l. ſi quis
filio exhæredato.§.quod ſi qs.ff.de iniuſt.rup.irrit.teſta.&
Bar.in l.non putaui.in.§.nõ quæuis.ff. de cõtratab.& in l.
4.in.§.condemnatum.ff.de re iudi. & Bald.in l.ex morte.
C.ad leg.Aqu.& in l. quis ſit fugitiuus.§.apud Labeonẽ.ff.
de ædi.edict.& Bald.in l.2.in 4.col.ff.ſi quis in ius uoc.nõ
ierit.Ioan.And.in mercu.in regula,ꝙ quis mãdato.de reg.
iur.in 6.& Bald.in l.1.C.de pænis.& uide etiã Spec.in titu.
de accuſatione,in quarta parte.in.§.1.uer.ſed ſi qd banitᵘ.
& in tit.de obliga.& ſolut.in rub.in fi. & Ang.ĩ l. filio quẽ
pat.ff.de lib.& poſthu.& in l.huiuſmodi.in.§.ſi ita.ff.de leg.

1.& Bald.ſuper ſtatutis.in verbo,bannitus.in 11.colum.in
ſecundo verſicu.& Alexan.in cõſi.301.incipi. viſis dubita
tionibus.in 2.colum. Vlterius ſcias,ꝙ licet valeat prædi-
ctũ ſtatutũ,ꝙ bannitus in pœna vitę poſſit impune occi-
di,vt ſupra dixi:& licet tunc occidens bannitũ nõ punia-
tur aliqua pœna,hoc eſt verũ pœna humana,& ſecũdũ hu
11 mana iura:† ſed ſecus eſt ſecundũ ius diuinũ:quia talis ho
micidia punitur pœna æterna: quia venit cõtra præceptũ
diuinum,in quo dicit:nõ occides.de quo dixi i l. patre vel
marito.in 1.colum.in fin.ff.de quæſtio.Et ſcias etiã, ꝙ li-
cet talis homicidia non puniat aliqua pœna,vt dixi,tamẽ
12 † eſt infamis.ita no.dixit Bal.in l.decuriones.C.ex quib9
cauſis infa.irrogatur.quem refert,& ſequit Ioã.de Ana.in
c.ſi perfodiens.in 3.col.de homicidio.& do. Felyn.i c.quæ
in eccleſiarum.in 5.colum.de conſti.& Pet. de Ancha.i re
pet.c.canonũ ſtatuta.in 85.colum.in ver.in hac eadẽ mate
ria &c.de conſtit.de quo dicto ego feci mentionẽ in cõſil.
meo incip.adiuua me & ſoluus ero &c.i 9.char.ꝙ i ordine
eſt conſilium 9. & in l.1. in prin.12. limita.ff. de ſica. Pro
quibus facit qđ dixit Bal.in l.1.in 2.col.C.ſi à nõ cõpetẽ.
13 iudi.vbi dixit,ꝙ omne † homicidiũ habet in ſe delictũ,&
dolũ,quantũcunq; pmittatur à ſtatuto.Et facit dictũ Bal.ĩ
auth.ſi dicatur.i vlti.col.C.de teſti.vbi dixit,ꝙ homicida
14 dicitur † vilis perſona,adeo ꝙ i facto graui nõ poteſt reci
pi in teſtẽ ſine tortura,quod eſt multũ no. Pro qbus faciũt
dicta per me in d.l.patre vel marito.in 2.col.ff.de qõ.in c.
2.ĩ 3.char.de homici.& per.d.Albertũ de Cataneis.ĩ d.tra
cta.Violentię.in verbo,mortui.ĩ 3.colũ.verſicu.adde etiã
ꝙ occidens &c.Scias etiã,ꝙ ſtatutum permittens,ꝙ bãni-
15 tus poſſit impune offendi , videt etiã permittere † ꝙ poſ-
ſit impune occidi.ita dixit Bartol. in l.3.in.§.fin.ff. de adi-
men.lega.& Ioan.And.in addi.Specu.in titul.de conſti.in
§.1.in vlti.addi.magna.in fin.& Paul.de Caſt. in cõſil.ſuo
194.incip.viſo.in vlti.colũ.verſic. ad tertiam rationem.&
Flor.in l.binas ædes.ff.de ſeruit. ruſtic. prædio. ad fi.& d.
Fely.in c.quæ in eccleſiarum.in 5.col.de cõſtit.& do. Nel
lus in tra.banni in ſecũda parte.2.tempo.quæſtio.7.incip.
examinatis



examinatis quæſtionibus. & do.Lu.Bologni.in conſil.ſuo
93.incipien.viſo igitur &c.in fin.de quo etiã vide Iaſ.in l.
in actionibus.in 3.colum.ff.de in litem iur.& domi. Petr9
Philipp.Cor.in conſilio ſuo 53.incipien. placet mihi &c.
in primo volu.Et tanto fortius ſtãte dicto ſtatuto poterit
ipſe bannitus vulnerari,& contumeliis affici.ita dixit Bar.
in l.nec in ea.ff.de adulte.& Cyn.in l.prima ad fin.C. quæ
ſit long.conſuet. & Bald.in l.ſi quis nõ dicã rapere.ĩ prin.
C.de epi.& cle.& Ang.& Paulus de Caſt.in l.ĩ ſuis.ff.de li
be.& poſthu.quos refert,& ſequitur Iaſ.in l.ĩ actionib9.in
4.col.de in litem iurãdo.vbi ſubdit,ꝙ eodẽ modo poterit
teneri in priuato carcere,& torqueri,ſecundũ Bald.in l.1.
C.de exhiben.reis.& in l.1.C. de priua. carceribus. Item
ſtãte prædicto ſtatuto,ꝙ baniti poſſint impune offendi an
16 poterit † bannitus offendi in rebus,puta ponẽdo ignẽ in
domo ſua.vide do.Nellũ in tra.bannito.in ſecunda parte.
2.tempo.quæſtio.55.incip.ſtãte ſtatuto &c.Itẽ ſcias ꝙ ſtã
te dicto ſtatuto,ꝙ bannitus poſſit impune offendi,ſi aliqs
17 bãnitus ſeipſũ † vulneraret , nõ excuſaret virtute ſtatuti
ita dixit Bald.in l.1.in 8 . col. C. de ſer.fugi.quẽ ibi ſequi-
tur Sali.Fulg.&Paul.de Caſt.& etiam Iaſ.ibi in 2.col.vbi
ipſe adducit Ioan.And.hoc plene diſputãtẽ in addi.Specu.
in tit.de pœnis.in.§.1.verſic.ſecundo quæro. an vulnerans
ſeipſum.vbi late diſputat,an vulnerans ſeipſum incidat in
pœnam ſtatuti impoſitam vulneranti alium.& arguit ꝓ &
contra & dicit de conſuetudine ſeruari, ꝙ non: poſtea re
fert Richar.Malumbra, ſcripſiſſe ꝙ iſta quæſtio euenit in
quodam aduocato.Item adducit etiam Bal. ĩ proœmio de
18 creta.in 8.colũ.vbi quærit † an clericus, qui ſtudioſe ſeip
ſum vulnerat,incidat in canonem.cap. ſi quis ſuadẽte.17.
quæſtio.4.in quo ipſe diſtinguit,& finaliter cõcludit, ꝙ ſi
ſtatutum ſimpliciter loquitur dicẽdo,ſi quis vulnerauerit:
19 tunc punit pœna ſtatuti:qa delinqueret † ĩ ſe nõ eſt min9
delictum, quã delinquere in alium; vt not.in l.athletas.in
§.Põponius.ff.de infami.vnde dicit ꝙ ſi monachus in eccle
ſia trahit ſibi ſanguinem percuſſiue,eccleſia eſt interdicta.
& pro iſtis dicit facere quod not.per docto.in l.ſed ſi dam
num.

num.in §.ſed ſi ipſe.ff.de pecul.ita reſidet do.Iaſo.in d.l.1.
in 2.colũ.C.de ſer.fugi. Et ratio prędictorum poteſt eſſe,
quia propria perſona non intelligitur cõprehenſa in lege,
vel ſtatuto. Et ideo ſi ex forma ſtatuti † maſſarius villæ te
20 netur denunciare maleficia cõmiſſa in villa ſub pœna: ſi
nõ denunciat maleficiũ per ipſum cõmiſſum non cadat in
pœnam, ſm Petr.de Ancha.in c.canonum ſtatuta.in 12.q.
princ.in 3.col.de conſtit.& Salicet.in l. ea quidem in ver.
17.quæro de quæſtio.C.de accuſ.& Ang.de Are. in tract.
malefi.in verbo necnon ad denunciationem in 6. char. in
verſic.quæro ſecundum Sali.& ibi latius per do.Auguſt.in
addi.& per Ioan.de Ana.in c.qui cum furc.in 7.col. in ver
ſic.adde etiam prædictis.extra de fur.in l.4.in §.ſi tibi iudi
cium.ff.de condi.ob tur.cauſam.& Bald.in l.1.C.de cond.
ob tur.cau.vide tamen in materia Bald. in l.1.C.de preci.
impe.offe.& vide Alex.in l.libertus.ff.de capi.dimin.& vi-
de in argumen.dicta per d.Nellum in trac.bann.in 3.par.
ſecundi temp.q.48.incip.iſta quæſtio &c.Item ſcias etiam
21 ꝙ ſtatutũ dans præmium occidenti bannitũ, † cõprehẽdit
ẽt occidentem bannitũ extra iuriſdictionem ſe territo-
rium bannientis.ita not.dixit Bal. in cõſi. ſuo 397.incip.
præmittendum eſt ad euidentiam ꝙ quædã ſunt quæ req
runt &c.in 6.uolumi.in fin.ad quod uide etiam Bald.in c.
ex literis.in fi.de conſtitu.& Bald.in l. accuſatio, C.quod
met.cau.& Bald. ſuper ſtatutis.in uerbo.bannitus.in uer-
ſicu.ſecũdo.& do.Nellum in tracta.bannito.in ſecũda par
te ſecundi tempo.quæſtio.56.& 57. & 58.ubi omnino vi-
deas, item uide etiam Alexan.in ſimili in conſil.ſuo 41.in
cip.uiſis.in 1.colum. uerſic.nec etiam uidetur obſtare.&c.
in 5.uolumi.item uide Bald.in Margarita.in litera, E.in
uerſic.excommunicatus repellitur etiam ab accuſatione.
circa med.& uide Iaſon.in l.fina. in princ. & in uerſic.16.
limitata.ff.de iuriſdictio.omn.iud.& in l.ubi pactum.in 6.
col.C.de tranſact.vbi plura allegat circa hoc. Vlterius in
materia iſta bannitorum quæro de notabili quæſtione vi
delicet, princeps propter aliquod delictum banniuit Titiũ
22 de ciuitatibus, terris, dominio, & territorio ſuo, † an intel
ligitur



gitur etiã bãnitus de ciuitatibus, locis, & territorio po-
ſtea p ipſum principẽ acqſito? in quo primo videas Bal.in
l.ẽt poſt med.verſic.& hæc lex.C.de iure do.& do.Nellum
in tract.ſuo bãni.in prima parte ſecundi tẽpo.q.55.incip.
quęritur Sẽpronius fuit bãnitus &c.& vide Ale.in l.ſi cõ-
uenerit.in §.ſi nuda.ff.de pign.actio.& Alex.poſt Bart.in l.
dãni infecti ſtipulatio.§.ſi is q ędes.ff.de damni infecto.&
Cardi.in clem.ſtatutum.de electione.in 2.colum.Angel.&
Sali.in authen.præterea.C.vnde vir & vxor.Pau.de Caſt.
in l.item ſi fundi.in §.huic vicinus.ff.de vſufruct.d.Lauren.
Calca.in conſi.ſuo 2.incip.licet iſta materia &c. in 24.co-
lum.in ver.ad vnum tamen eſt aduertendum.Et vide om-
nino Bal.in conſi.ſuo 65.incip.ad euidentiam.in 2.colum.
ver.amplius.in 1.volu.& Alber. de Roſat. in prima parte
ſtat.quæſtio. 116. incip.Mutinæ fuit &c. & in 2.parte ſta-
tu.qõ.131.incip. exiſtente guerra &c. vide in ſumma ro-
ſella.in verbo, interdictum.in 1.colum.ante fi.vbi dicitur,
ꝙ ſi interdicãtur oẽs ciuitates alicuius dominij, nõ intel-
ligitur interdicta ciuitas acquiſita poſt interdictũ.itẽ vide
etiã do.Franc.de Aret.in l.ſed ſi plures.§.filio impuberi in
1.col.ff.de vulga.& pup.& Abb.in conſi.62. incip. in con-
trouerſia, in 8. colũ. & vide quæ ego dixi in l.fina.C.quæ
res pigno.obliga.poſ.& vide omnino Iaſ.in l. ſi ſtipulatus
fuerim.in §.cum ſtipulemur.in pen.col.ff.de verb.oblig.&
eundem in §.in perſonam.in 3.colum.inſtit. de actio.& vi
de Alex.in conſ.177.inci. in occurrenti &c. quaſi per to-
tum in 2.vol.& vide Petr.de Ancha.in rep.c.canonũ ſtat.
in 64.colum.verſicu.iuxta effectum.de conſtit.Et vere nõ
ſunt adhoc 10.anni.ꝙ iſta quæſtio venit in facto ĩ ciuitate
Fauentiæ.nã ibi moram trahebat vnus Venetus, qui erat
bãnitus de toto territorio Venetorũ, poſtea ipſi Veneti
acquiſiuerũt ciuitatẽ illã Fauentiæ: quo ſtante fuit captus
ille bãnitus ibi Fauẽtiæ, dubitatũ fuit an eſſet bene captus
adeo ꝙ cõtra eũ poſſet fieri executio banni, necne.plures
doct.conſuluerunt, ego aũt tunc infirmitate detentus nõ
potui petẽtibus inſeruire, nec intellexi quid ſequutũ fue
rit ſed ex dictis doct.in dictis locis põt pcipi iuris diſpoſi-

tio,ad quos docto.me remitto.

legẽ Iuliam de vi public. & per Bald. in l. data opera. circa
10. col. C. qui accuſa. non poſſ. & in c. 1. in 4. col. in titu. hic
finitur lex Cor. & per Abb. in c. clerici. de vita, & honeſtate
cleric. & ibi per Mod. Et nõ ſolũ laicis eſt interdictus vſus
armorum, ſed ẽt clericis: vt in d. c. clerici. & ibi glo. & in
clem. 1. eo. tit. de vita, & hone. cle. & in c. clerici. & quaſi p
2 totũ. 23. q. 8. Et ratio aſſignari põt, videlicet, quia † arma
clericorum debent eſſe lachrymæ: vt in c. conuenior. 23.
q. 8. & in cap. porro. vbi gl. 16. q. 4. & voluit Ioan. de Imol.
in c. clerici. el. 1. de vita, & honeſta. cleri. & glo. in c. ex mul
ta. in §. fi. de voto. & Iaſ. in l. imperium. in prin. ff. de iuriſ-
dictio. omni. iudic. & do. Philip. Deci. in cõſilio ſuo 151. in
cip. maximi ponderis. in 15. col. in fi. Et ideo dixit glo. in

c. 2.



c. 2. de homicidio. ꝙ licet licitũ ſit interficere depopulato-
res agrorum, tñ hoc non licet clericis, de quo ibi dixi, &
ibi late examinaui quæſtionẽ notabilẽ, videlicet, an ſtãte
3 ſtatuto ꝙ bãnitus poſſit impune occidi, † hoc poſſit fieri a
clerico. de quo latius dixi in conſil. meo 11. incipien. circa
hoc dubium &c. Scias tamẽ ꝙ pro defenſione perſonæ, &
4 rerũ ſuarum licitum eſt † clericis arma portare. vt in c. di-
lecto. & ibi gloſſ. de ſententia excõmuni. in 6. & in c. olim.
el 1. cum gl. fin. de reſtitutio. ſpolia. & in c. 1. 23. q. 1. Item
etiã pro defenſione proximi. de quibus omnibus vide per
Abb. in d. c. clerici. vbi etiã ponit, quid de aliis religioſis,
vtrũ illis ſit interdictus vſus armorum, & concludit ꝙ nõ,
ſaltẽ pro defenſione ipſorũ, interueniẽte licentia ſuperio-
ris, vbi haberi poteſt, vt ibi per eum. & vide gloſ. in c. duo
ſunt genera. 12. q. 1. Scias etiã quod vſus armorũ nõ intel-
ligitur prohibitus illis, quia arma portarẽt pro bãnitis oc
cidendis, ẽt ſi ſtatutum vetaret arma portare. ita dixit Lu
do. Roma. in l. 3. in §. vtrum ff. ad Sylla. quod eſt not. ad in-
tellectum l. oratio. ff. de ſponſa. vbi conceſſo vno omnia in
telliguntur conceſſa, per quæ deuenitur ad illud. Item nõ
intelligitur etiã prohibitus armorum vſus illis qui uolunt
ſe defendere a publico latrone ut habetur per Bal. in c. 1.
in §. ſi q̃s ruſticus. de pace tenen. & ibi uide text. & gloſſ.
5 Item † uſus armorũ non eſt prohibitus familię poteſtatis,
uel epiſcopi, aut alterius officialis cõmunis. ita dixit Bal.
per illum tex. in l. 3. §. fi. ff. de officio præfecti uigilũ. & vi-
de gloſſ. not. in c. ſtatutum. in ver. directe. de hæreti. in 6.
quę ſentit ꝙ vſus armorũ nõ ſit prohibitus familiæ inq̃ſi
torũ hæreticæ prauitatis. Itẽ vſus armorũ nõ eſt prohibi
tus illis, qui ex permiſione, aut licentia poteſtatis, vel ſu-
perioris arma portauerunt, ẽt ſi ſtatutũ in contrarium, vi
geret in ciuitate: quia ex iuſta cauſa ſaltem ad defendẽdũ
6 permſſio, † aut licentia arma portandi fieri poteſt. ita no.
dixit Bald. & Ludo. Roma. in rub. C. qui admitti. Scias
tamen, quod licet ex permiſſione, aut licentia ſuperioris
7 quis poſſit arma portare, tamẽ † illa nũquã poterit porta
re coram iudice. text. eſt cũ glo. in l. qui dolo in §. item q

cum

cum telo.ff.ad leg.Iul.de vi pub.& firmat Bart.in l.1.eod.
tit.& Ang.in l.armatos.ff.ad leg.Iul.de vi publi.Item nec
8 etiã talia arma portare poterit in palatio. † ita dixit Bald.
in d.c.1.in §.ſi quis ruſtichus.per glo.ibi de pace tenenda.
Et teneas menti,ꝙ licet quis ex permiſſione, aut licentia
9 ſuperioris poſſit arma portare.tamen† ſi abutitur ipſis ar
mis aliquem percutiendo, puniendus eſt de delatione ar-
morum.arg.l.2.in fi.C.de priui.ſchol. lib.12.& l.1.vbi ſe
na.vel cla.quia is priuilegium meretur amittere, qui ſibi
10 conceſſa abutitur † poteſtate.l.iudices. C.de iudi.& quia
priuilegium in dubio intelligitur conceſſum ſine alicuius
iniuria.l.2.§.merito.ff.ne quid in loco pub. Vlterius circa
hanc materiam armorum dubitari poteſt qua pœna pu-
11 niantur portantes arma.† in quo uide tex.in d.l.1.ff.ad le
gem Iul.de vi pub.Alia tamen pœna punitur ruſticus qui
portat arma,quam nobilis, vt tex.& ibi Bal.in d.c.1.in §.
ſi quis ruſticus.de pace tenenda. & vide Lud.Ro.in ſingu.
ſuo 263.incip.prohibitum &c.& dixit Bal.in d.§.ſi quis ru
12 ſticus.& Lud.Ro.in d.ſuo ſing.ꝙ portans arma vetita† de
bet illa perdere.quod eſt no.quia ita ſeruatur de conſue-
tudine,de quo latius per Iaſ.in §.ex maleficiis. in 17.col.
inſti.de actio.Quæri etiam poteſt quid veniat appellatio-
13 ne armorum?† de quo vide tex.& gl.in l.arma. ff.de verb.
ſig.tex.& gl.in l.3.in §.armis.ff.de vi & vi ar.& tex.in l.ar-
matos.ff.ad legem Iul.de vi publ.tex.& doct.in l.2.C.quæ
res expor.poſ.tex.iuncta glo.in d.l.3.in §.ſciendum.ff.de
offi.præfecti vigil.tex.& doc.in §.armorum.inſtit.de inter
dictis.gl.in §.ſinautem.in verbo,palam. in auth.de armis.
gl.in c.ſi perfodiens.de homic.glo.in c.ita quorundam.in
uerbo ferrum.de Iudæis. glo.in cle.ne in agro. in verbo,
arma.de ſta.mo.gl.in c.clerici.23.q.8.Bart.in l.fi.ff.ad leg.
Iul.de vi publi.Lud.Rom. in l.1.in §.occiſorum. ff.ad Syll.
& Alexã.in d.l.fi.Et ſcias quod licet appellatione armorũ
veniant fuſtes,& lapides, ut in dictis iuribus, tamen illud
uerum intelligas poſt percuſſionem: nam ante percuſſio-
14 nem,lapides,uel fuſtes† arma non dicuntur. ita dixit glo.
not.in d.cle.ne in agro.Item ſcias etiam quod appellatio

ne



ne armorum proprie illa veniunt, quæ principaliter,
& ſecundum naturam ac vſum ſunt ordinata ad offendẽ-
dum,ita dixit Ang.in d.l. armatos.ff. ad legem Iuliam de
vi publica.& Ange.in d.l.3.§.armis. Ange. in l.ſi pingore.
in.§.qui fuerunt.ff.de furtis.& Lud.Roma.in d.l.1.§.occi-
ſorum.Ex quo infertur,ꝙ percutiens aliquẽ cũ vnguibus,
15 † nõ tenetur pœna ſtatuti punientis vulnerantem,vel p-
cutientem aliquem cum armis,vel cũ ſanguinis effuſione.
ita dixit Ange.in d.l. ſi pignore.in.§. furem. & Ang.in d.l.
3.§. armis. quia vngues principaliter nõ ſunt ordinatæ ad
nocendum.Item infertur etiã ꝙ percutiens aliquem cum
16 amphora plena vino, † vel cum vaſe vitreo, aut pera pa-
nis,non incurrit pœnam prædicti ſtatuti, ſecundũ Ange-
lum in d.l. armatos. & Angelum in d.l.3.in §.armis. Item
infertur etiam,ꝙ ſtante prædicto ſtatuto, quod percutiẽs,
17 ſeu vulnerans aliquem cum dẽtibus† non incurrit pœnam
dicti ſtatuti cum appellatione armorũ nõ veniant dentes,
vt dixit Barto.in conſilio ſuo 106.incip. ſtatuto caſtri ple
bis.cum dentes non dicantur arma,ſed pars corporis,vt ĩ
l.1.§.medicos.ff.de vari. & extraordina. cog. & probatur
in l.euidens.ff.de ædil.edict.& plene declarat Bartol. in d.
conſilio ſuo. Item ſtante ſtatuto prædicto infertur, quod
percutiens aliquẽ cũ paruo gladio,uel gladio principaliter
deſtinato ad moderandum calamos, uel ad incidendum
ungues, uel panem, non incidit in pœnam dicti ſtatuti
cum appellatione armorum talis paruus gladius nõ ueniat,
18 † ſecũdum gl.in d.§.ſinautẽ.in verſic.minores.in authen.
de armis.& glo.in rubri.C.de fabricen.in fin.& firmat An
ge.in d.l.1.ff. ad legẽ Iuliam de vi publica.& Ang.in d.l.ſi
pingore.in §.qui furem & Ludo.Roma.in d.l.1.in §.occiſo
rum.& Abb.ĩ d.c.clerici.de uita & honeſt.clerici Bart.ta
men in dicta l.1.ff.ad legẽ Iul.de ui publ.uidetur tenere cõ
trarium, cum talis gladius etiã ſit aptus ad nocendũ,ergo
uenit appellatione armorũ:& iõ in eo habebit locũ diſpo
ſitio dicti ſtatuti. Sed hoc non credo habere locũ ĩ ſtatuto
loquẽte de portatione armorũ,quia portãs tale gladiũ nõ
cadit in pœnã ſtatuti prohibentis arma portare. Itẽ ſcias

 etiam

etiam q̧ ſtatutũ puniens vulnerantem, vel percutientẽ cũ
armis, nõ comprehendit illũ, qui aliquẽ percuſſit, uel vul
nerauit cum armis principaliter inuentis ad defenſionẽ:
19 †quia appellatione armorũ non veniunt arma ad defendẽ
dum, cum principaliter ad offendendũ nõ ſint inuẽta, nec
ſint prohibita portari, ſaltem de iure digeſtorũ. ita dixit
Bar. & Ange. in d.l.1.ff. ad legem Iuliam de vi public. & ſe
quitur Ludo. Roma. in d.l.1.§. occiſorum. & ſentit Abb. ĩ
d.c. clerici. in 1. oppoſitione. Et iſtud intellige verũ ſtricte
loquendo: qa arma ad defendendum, non ueniunt appel-
latione armorum, ſed large loquendo bene veniũt. ita ſen
tit gl. in d. clem. 1. in verbo, arma. Hodie tamẽ, de iure Co
dicis etiam arma ad defenſam veniũt appllatione armorũ,
vt in d.l.2.C. quæ res expor. poſ. & etiã de iure Inſtitutio
num, vt in d.§. armorũ. inſtit. de interdict. & de iure Authẽ
ticorũ, vt in d. authen. de armis. & vide etiã in materia
Bartol. in l. pediculis. in §. argento. ff. de auro, & argẽ. lega.
20 Itẽ quæri poteſt: an liceat† facere arma, vel illa vedere. de
quo vide tex. & gloſ. in d. authen. de armis. & Bartol. in l.1.
21 ff. ad leg. Iuliam de vi public. Quæri etiam poteſt: † an li-
ceat extrahere arma extra regnũ, puinciã, uel iuriſdictio
nem? de quo vide textũ, & quæ ibi not. in d.l.2. C. quę res
export. poſ. vbi etiam habetur qua pœna puniatur mittẽs
arma hoſtibus, & inimicis. Item ſcias etiã in hac materia
22 armorũ, qđ † amittens arma inter inimicos, & ſic ĩ bel-
lo, illa nõ poteſt recuperare: vt per glo. in cap. ius gentiũ. j.
diſtinctio. Item quæri etiam poteſt: an ſtatutum puniens
23 † portantes arma, includat, ſeu comprehẽdat forẽſes? in
quo dicas q̧ ſic: qa talia ſtatuta cõmuniter ſunt ꝑ Italiã, &
ea ignorare eſſet ſupina ignorãtia, ideo non excuſarent fo
renſes. ita dixit Barto. in l. interdũ. §. licet alias. in §. ſerui
qui in fuga. ff. de publican. & Bald. in l. prima. in 18. colũ.
C. de ſumma trinitate. & Ioã. And. poſt Specul. in titu. de
cõſtitutio. ĩ verſic. penultimo. vide tamẽ, quæ dixi in ſing.
meo 13. incip. Volo tibi dare &c. Quæri etiã poteſt. quid
ſi talis forẽſis, vel alius, qui eſt ꝓhibitus arma portare, fue
24 rit inuentus cũ ipſis armis, † ſed non fuit captus: an tamẽ

debeat



debeat puniri pœna ſtatuti punientis portãtes arma? ĩ quo dicas q̧ nõ, ſecundũ Bart. & Ang. in l. prima. ff. ad legem Iuliam de vi public. & ratio poteſt eſſe: quia inſpectio oculorum nihil in hoc operatur. argũ. glo. in l. ſiue. ff. de condictio. furti. vbi propterea quia nõ dicitur fur manifeſtus, ſi aliquis videat ipſum furẽ furantẽ, niſi apprehenſus ſit. Et ad idem in ſimili. facit glo. in l. in laqueũ. ff. de acquiren. rerum domi. & facit gloſ. & ibi doct. in l.1. circa prin. ff. de acquir. poſſeſ. vbi Bartol. & alii inducunt eam ad quęſtionẽ dicti ſtatuti punientis portantẽ arma, vel ludẽtẽ ad azardũ: an hoc caſu ſufficiat oculorũ inſpectio, & ſic viſus ſine apprehenſione, ad hoc vt quis puniri poſſit? & dicũt q̧ nõ ſufficit talis viſus, ſeu inuenito ſine apprehẽſione: ut ibi ꝑ eos. & ꝑ Barto. & Moder. in l.3. in §. Neratius. eodẽ titu. & ꝑ Barto. & Bal. ꝑ illum text. in l. ſi Barſatorã. C. de fideiuſſ. Bal. in l. lapilli. in fi. ff. de rer. diui. & per d. Nellũ in tractatu bãnito. in ſecunda parte, ſecundi tempo. quęſtione 48. pone ſtãte ſtatuto &c. in fi. uerbis. & Ang. in l. qui ſeruum. ff. de uerbo. obligatio. & in l. nec ĩ ea. in §. ius. ff. de adulter. & Ang. in l. prima. in §. hæc autẽ verba. ff. quod quiſq; iuris. & in l. ſi fugitiui. C. de ſeruis fugit. & Angel. in authẽ. de ſanctiſſi. epiſco. in §. reuerẽdiſſimus. & idẽ videtur firmare Barto. licet in alia materia loquatur in l. tutor qui repertorium. in 3. colum. in verſicu. ſecũdo. ff. de adminiſtratio. tutor. & iſta videtur eſſe communis opinio ĩ hoc caſu: & ita ſeruatur. Attamen mihi non diſplicet diſtinctio Angel. in d.§. Neratius. vbi dicit, q̧ aut ſtatutũ loquitᷣ quo ad puniendũ delinquentẽ inuentum: & tunc dicit ſtatutũ magis cõſideraſſe inuẽtionẽ delicti, quam apprehenſionẽ perſonæ, ad quod facit l.1.C. de rap. virg. & l.2. in princ. C. de veteri iure enuclean. & glo. in l.1.C. ubi ſena. vel cla. & text. ĩ l.2. de cuſtod. reorũ. & in l. q ſententiã. C. de pœnis. & l.1. & ibi Bartol. C. de petitio. bono. ſubla. lib. 10. & ĩ c.1. de dilat. & c. quamquam, de vſuris. in 6. Sed ſi ſtatutũ præmiaret inueniẽtes, tunc tale præmiũ vltra diſpoſitionẽ iuris communis datũ videtur ipſis inueniẽtibus, & capientibus datum, vt officiales magis ſolliciti in capiẽdo fiant.

 Et

Et cum hac opinione trāſit Lud.Rom ī d.l.1.in prin.ff.de
acqui. poſſ.& Ang.de Are. in ſuo tractatu malefic.in uer.
ſama publica. in char.de quo vide etiam Io. de Imo.ī d.§.
Neratius.& uide Ang.ī d.l.1.C.de peti.bon.ſublat.&Bal.
in c.propoſuiſti.de appella.& Gem.in ca.ſi laicus.34.diſt.
& in c.clericus. 46. diſti. Et prædicta intellige in delicto
conſummato: ſed ſecus ſi ſtatutum refert ſe ad delictum
in fieri: puta ſi puniret portātem rem prohibitam extra
25 territorum.† nam tunc requiritur vera apprehenſio. ita
dixit Ang.Rapha. & Pau.de Caſt. in d.l. ſi fugitiui. Et
circa hoc vltimū poteſt quæri de quæſtione quotidiana,
26 q̄ ſæpe occurrit in facto, videlicet, an ſufficiat † iuenire por
tantem rem prohibitam extra territorium in uia, ſeu in
itinere ad hoc, ut puniri poſſit: an aūt requirat ipſū appre
hendere ad locum deſtinatum, vel cū erit extra territoriū?
de quo vide Bald in d.l.ſi fugitiui.C.de ſeruis fugiti.Bart.
in l.q fiſcales.C.de nauicula.lib.11.Bald.in l.omnes popu
li.ī penul.col.ff. de iuſtitia,& iure.Bald. in l.ſi quis nō dicā
rapere.in 2.colū.C.de epiſc.& cler.Bal.in l. cum inter.C.
de donat.ante nupt.Bald.in l. cum proponas.ī princip.C.
de naut.fœno.& Bal.& Ang.ī l.arborib⁹.ī.§.Iulianus.ff.de
vſufruct.& Bald.in c.nam cōcupiſcentiam. de conſtitutio.

Et circa dicta ſuperius de inuēto cū armis,& nō capto,
an poſſit puniri. Adde ꝙ ſi Miles Poteſtatis, vel ſimilis ha
bēs officiū circa portātes arma inuenerit aliquē cū armis,
27 & eum nō apprehenderit, ſed † fecerit ſcribi ī actis quali
ter inuenit talē cum armis, ꝙ talis ſcriptura etiā ſine ca
ptura operatur, ut talis inuentus cum armis & nō captus
poſſit puniri. ita not. dixit Bal. in l. ictus fuſtiū.ff. de his q
notātur infamia. de quo dicto dixi in ſing. meo 395.inci.
dubitarunt doctores in pleriſque locis. &c. Vlterius du
bitari poteſt: quid ſi inuentus fuit aliquis nō habēs arma
in manibus, ſed erant in terra iuxta pedes ipſius inuenti:
28 hoc caſu† poterit puniri tanquā deferens arma, ut ſit præ
ſumptio cōtra eū, ꝙ illa ibi depoſuerit, ſi neſciatur, an ipſe
illa ibi portauerit? in quo Bal. in l.3.§.1.ff. de officio præ
fecti Vigilum. uidetur cōcludere ꝙ præſumptio ſit cōtra





eum, ideo puniri poterit: & ſi plures eſſent inuēti, omnes
tenent: licet ſolutio vnius omnes liberet, vt ibi per eū. ſed
Ludo.Roma.in l. prima.in §. hoc reſcriptū.ff.ad Syllania.
poſt Alber.de Roſa. cōcludit cōtrarium, uidelicet nemi-
nē debere puniri: quia cū ſit dubiū quis ꝓiecerit talia ar
ma in terrā, omnes uidentur abſoluēdi, maxime in crimi
nalibus. iuxta not. in l.fina.C.de ꝓbatio. quæ opinio mihi
magis placet: de qua quæſtione, & ſimilibus uide, q̄ late
dixi forte vltra omnes ī repetitione mea rubricę.C.de ꝓ
batio.in 82.colum.in verſic.adde etiam vltra præmiſſa in
hac materia &c. vbi adduxi Alberi. de Roſa. in ſecūda par
te ſtatu.q.121.incip. Item pone ſtatuto contineri &c. vbi
firmat hanc partē quā ſequor: licet Flo.in l.item Mela.ī.§.
ſi plures. in 4.col.ff.ad legem Aquil. teneat contrarium,&
male. per ea quæ ego dixi ī d.repetitione mea. in materia
incertitudinis. in 3.et vlti char. Itē ultra prædicta poteſt
dubitari de alia quæſtione, videlicet, an inuentus cū armis
29 de nocte † debeat relaxari datis fideiuſſorib⁹? ī quo dicas
ꝙ ſic, argumento eorum, quæ habent in l.neque.§.1.ff.de
ī ius voc.& hoc. firmat Ange. in rub.ff.de ī ius vocā. vt eāt
aut ſat.&Bal. in l.2.eo.tit. vbi not. ſubdit ꝙ ſi filiuſfamilias
fuerit captus cū armis, pater erit ꝓ filio capto idoneus fi
deiuſſor, adeo quod debebit relaxari: & nō ſolum pater ꝓ
filio, ſed etiā cōſocius pro cōſocio erit idoneus fideiuſſor:
30 ſi plures cū armis fuerint inuenti debēt relaxari, † ſi vnus
pro altero fideiubeat, ita dixit nota. Bart. per illū tex. in l.
Romanus.ff. de tuto. & curato. datis. ad quod etiā vide
Bald. in l.omnes. in prin. C.de epiſco.& cleri. Et ſciās ꝙ ſi
31 mulier ſit inuenta cū armis,† etiam ſi nō inueniat fideiuſ
ſorē, non tamen debet duci ad palatiū, ſed debet relaxari
præſtita iuratoria cautione de ſtando iuri, auth. nouo iure
C.de cuſtodia reorū. ita not. inqt Bald. ī l. ſed & ſi is.ff.de
in ius vocan. quod dictū refert,& ſequit dom.Felyn. in c.le
gebat. in prin. de maiori.& obedie. idē dixit Bal. in addi
tione. Specul. in titu. de ſentē. in pen.char. in verſic. Titi⁹ fi
deiuſſit.& Bal. in l.nemo deinceps. poſt med.C. de epiſco.
& cleri.& Ange.de Aret. ī tract. ſuo maleficiorū. ī verbo, ꝓ

quib.Antonius fideiuſſit.in 2.char.in uer. & aduertas &c.
de quo etiam dixi in ſing.meo.268.incip.conditio mulie-
rum.circa fi.ubi uideas.Itē ēt circa prædicta ſcias, ꝙ ſi Bar
32 ricellus,uel alius officialis aliquē captum cum armis † non
relaxauerit datis fideiuſſoribus,uel illis oblatis, tenebitur
in ſyndicatu,ita not.dixit Ang.in l.ſi uero.in §.qui pro rei
qualitate.ff.qui ſatiſdare cogantur.& uide quæ dixi infra,
in §.attingam.nume.17.

Item etiam ſcias, ꝙ eadem pęna punitur occidens ali-
33 quē manu uacua,† ac ſi cū armis occidiſſet.l.qua actione,
§.1.ff.ad leg. Aquil.& ibi Bal.& idem tenuit Bald.in c.1.in
§.iniuria.circa ulti.col.de pace iuram.fir.Poteſt etiam du-
bitari de notabili quæſtione uidelicet,quid ſi quis aliquis
fuerit inuētus una die pluries cū armis,an pęnā impoſitā a
34 ſtatuto ſoluet ſemel tm̄, † an pluries:in quo dicas, ꝙ una
uice duntaxat dr̄ incurriſſe pœnam,& non pluries, cū plu
ra delicta nō cenſeantur: ſed unum tm̄ igitur una uice ꝓ
qualibet die dr̄ contraueniſſe,ita dixit Bar.in l.inficiando.
in §.infans,ff.de fur.& Bal.in l.ſi duo.in §.ſemel. circa fin.
ff.de arbit.Item dubitari etiam poteſt:an habens arma, &
inſultans aliquem,licet arma non extraxerit, uel exercue
35 rit dicatur † tū feciſſe inſultum cum armis? in quo dicas
ꝙ ſic.ita dixit Bar.& Ang.per illum text.in d.l.3. in §.ar-
mis.ff.de ui & ui ar.& Bal.in d.l.data opera.C. qui accuſ.
non poſſ.& Lud.Rom.in ſing.ſuo 567.incipi.inſultus &c.
quod eſt nota.pro ſtatuto puniente inſultantem cum ar-
mis.ad qđ facit etiam dictū Bal.in l.raptores.C.de epiſco.
36 & cle.ubi dixit ꝙ qui ſtat cum † aliquo armatus, licet ar-
ma nō extraxerit,uel alium actū non fecerit: tamen dici-
tur afferre opem,& auxilium.& idem tenet Bal.in l.1. cir
ca 2 col.C.de ſer.fug.& Bal.in l.hæc uerba.in fin.ff.de his
qui no.infa.& in d.l.data opera.in pe.col. & Bal. & Ludo.
Rom.in l.1.§.ſed in eo.ff.ad Sylla.

Et facit qđ uoluit Ang.in l.quemadmodū.ff.de inoffic.
teſta.ubi dixit,ꝙ qui hēt enſem ī manu,& minatur mihi,
dicitur præparatus ad me offendēdū cū armis,adeo ꝙ poſ
ſum ipſum offendere.qđ eſt menti tenendū.de quo latius





dixi in §.expedita. numero 19.

Item ultra præmiſſa dubitari poteſt: quid ſi aliquis fue
rit inuētus cum pluribus ſociis armatis,an poterit puniri
deportatione armorū ex eo, quia habuerit ſecū hoïes ar-
matos,ſi ſtatutū puniret habentē hoïes armorū ſecū, aut
37 in domo,uel alibi? † in quo dicas,ꝙ de utroq; non pote-
rit puniri:quia iſta duo tēdunt ad unū effectū.ita dixit Bar.
in d.l.1.ff.ad leg.Iul.de ui public.& in l.quoniam. eo. titu.
ubi dicit hoc ſe multoties practicaſſe. pro quo facit gloſſ.
no.in l.q de crimine.C.de accuſ.& dicta per Bald. in l. ad
uerſus.in fi.C.de fur.in quibus iuribus dicit, quod ſtante
ſtatuto qđ qui portauerit arma puniat in decē, alio ſtatu-
to caueē qđ uulnerans aliquē cum armis, puniatur in ui-
ginti,quod iſto caſu uulnerās aliquē cum armis, nō punit
38 utraq; † pœna ſed ſolum pro uulnere:quia una pœna con
fundit cū alia.ita ēt dixit Bar.in l.quemadmodū.in §.illud.
ff.ad leg.Aquil.& Pe.de Ancha. conſi.272.incip.de titulis
&c.in penult.colum.& Bart.in l.diuortio.in fin.2 .colum.
ff.ſoluto matrim.& Ang.de Aret.in tract.maleficio.in uer
bo,fecit inſultum.in 2.char.in uerſi.aduertas tu iudex. &
ibi in additio. & in eod. tractatu in uerbo,admenauit.in
prin.de quo etiam per Bar.in l.nunquam plura.in pe.col.
ff.de priua.delic. & ꝑ Io.And.in addit.Spec.in tit.de homi
cid.in rub.& Bar.in l.3.C.ad leg.Iul.de ui pub. & Bald. in
l.cum ancillis.in ultim.colū.C.de inceſt.nupt.& Alber.de
Roſa.in 2.parte ſtatuto. qō.26.& qō.23. Abb. & quæ ibi
dixi in c.1.de pœnis. Gand. in tractatu ſuo maleficiorum
ſub rubr.de pœnis reorum.in 14.colum.in fi. & ibi in 19.
colum.in uerſicul. pone inſuper &c.Bald.in l.quicunq;.in
1.col.C.de ſeruis fugit.& dom.Nellum in tractatu ſuo bā
ni.in 3.part.ſecundi tempo.q.53.& dom.Ludo. Bolog.in
conſi.ſuo 8.in 6.colum.

Et cū iſtis fraternizat quæſtio illa:an percutiens aliquē
39 † cum bidēte,uel tridēte,puniatur pro unica percuſſione
uel uulnere?de qua per Io.And.in addit.Specul.in titu.de
ſententia,& his quæ eam ſequūtur. in §. ſpecies. in addit.
incipi.inducit ad hanc materiam.& per Bar.in l.ſi gemina

arbor.ff.arbo.fur.cæſar.& in l.eum qui.§.idem dicit.ff.de
fur.& in d.l.inficiando.§.infans.& in l.vulgaris.eo.titu.&
per Bar.in l.nunquam plura.ff.de priuat.delic.& Bal.in l.
quicunque.in 3.col.C.de ſeru.fug.& in auth.ſed nouo iu
re.circa 2.col.eo.titu.& per Bald.in l.tutor.ff.de tut.& ra-
tioni.diſtrahen.& in l.quærebatur.ff.de teſtam.mili.& in
l.ſi duo.§.ſemel.in fi.ff.de arbitris. & in l.eum qui.in §.in
popularibus.ff.de iureiur.Bal.in c.quæſtionem.de appella
tio.Gand.in trac.maleficiorum. ſub rub.de pœn.reorum.
in 10.col.in prin.& per Ang.de Are.in tract.malef.in ver
bo, & ipſum Titium percuſſit.in 1.char.in verſ.quid ſi ex
vno ictu &c.& Specul.in d.§.ſpecies ver.ſed pone in ſtatu.
& vide Abb.& quæ ibi dixi in c.1.de pœnis.Bal.in conſi.
155.incip.factum tale eſt in 6.vol.& ibi in conſi.159.inci.
antiqui &c. Quæri etiam poteſt circa hanc materiã armo
rum,quid ſi ſtatutum puniat inſultantem cum armis, &
40 aliquis inſultauit aliquem ſine armis,†ſed poſtea eum cũ
armis vulnerauit,an incidat in pœnam ſtatuti?in quo di-
cas ꝙ non:cum ſtatutum ſolum conſiderauerit principiũ.
ita dixit Ang.per illum tex.in d.l.3.in §.armis. ubi ſubdit
ſecus eſſe qn,ſtatutũ ſolũ cõſideraret finẽ puta ſi diceret:
qui aliquem cum armis occiderit,puniatur: nam tunc li-
cet inſultauerit ſine armis, ex quo poſtea armatus offen-
dit,dicitur incidiſſe in pœnam ſtatuti, ut ibi per eum.

Item,quid ſi aliquis erat armatus tempore,quo inſur-
rexit contra aliquẽ, & ſtatim depoſuit arma,an intelliga-
tur inſurrexiſſe cũ armis?dic ꝙ ſic,ſm Ange.in d.l.3.§.ar-
mati.per glo.1.ibi,in fi.ibi,eis depoſitis &c. Itẽ ultra præ
41 miſſa ſcias circa hanc materiã armorũ,quod†portans ar-
ma,præſumitur habere malum animum,niſi portet ea li-
gata.ita dixit Bal.per glo.ibi,in c.1.§.ſi quis ruſticus,de pa
42 ce tenenda.Et † dictus malus animus præſumitur ex ge-
nere armorum tex.eſt in l.omne delictum.§.ſi quis cõmi-
litonem.ff.de re mili.& in l.1.in §.diuus.ff.ad leg.Corn.de
ſica.& in c.ſignificaſti.l.2.in fi.de homi. & declarat Bar.in
d.l.1.§.diuus.ff.de ſica.& doc.poſt glo.in l.1.C.de ſica & in
c.ſicut nobis.de præſumpt.Poſſet etiam hic quæri de alia
quæſtio-



quæſtione,videlicet,ſi habens arma in manu, & non per-
cutit cum armis,ſed aliter:vt puta,unus habet ronchã, &
percutit cum haſta,Vel habet enſem,& percutit cum po-
mo, ſi ſequatur mors ex talibus percuſſionibus, an punit̃
pœna mortis & ſi talis percutiens cũ haſta vel cum pomo
enſis,ſi percutiat in capite,& ſic in loco valde periculoſo,
ſi ſequatur mors,debeat puniri pœna mortis? Ego hic ali-
ter non examino tales qõnes, quia eas pleniſſime exami-
naui in l.1.in §.diuus Adrianus in 4.col.ff.de ſica.& latius
ẽt in l.1.in 7.char.C.eo.tit.de ſica.& ideo ne idem per idẽ
ſæpius repetã, hic aliter non examino dictas qõnes. Mo-
43 do redeundo ad materiam armorum,ſcias ꝙ arma†nõ ve
ninnt appellatione ſupellectilium,uel maſſaritiarũ.ita di-
xit Bart.in l.ſupellectili.in prin.ff.de ſupellecti.leg2.quod
eſt ſumme no.pro legatis ſupelectilium, vel maſſaritiarũ,
quæ fiũt tota die ab aliquibus teſtatoribus, ut ego ſæpius
44 vidi in facto. Item ẽt ſcias,ꝙ portatio armorum † eſt le-
ue delictum,& non requirit proceſſum,ſecundũ Bart.in l.
leuia.in 2.col.ver.vel ponas exemplum.ff.de accuſa.& in l.
diuus. la 2.in 3.q.ff.de cuſto.reorum.Item ſcias ẽt, ꝙ ne
45 partes ueniant ad arma,iudex põt ſequeſtrare rem † liti-
gioſam,ut habetur per Spe.in tit.de ſequeſt. poſſ.& fruct.
in ver.ſed nunquid.& Bal.in l.ordinarii.in 4.col.uerſi.ſed
hic quæro.C.de rei uend.& in l.2.C.de ſum.trin.& l.fi.in
2.col.verſi.eſt quartus caſus. C.de ædict. diui Adri.tol.&
per Inno.in c.in præſentia.de prob.in 1.col.& Bal.in l.1.
ad fi.C.de appel.& Bar.in l.ſi duo.in 3.col.ver.alii dicunt.
ff.uti poſſidet.& docto.in l.æquiſſimum. ff.de uſufru.& in
l.fi.ff.de procurato.Cæſa & Bar.in l.quod iuſſit. poſt glo.
ff.de re iudi.Bal.in addit.Spec. in tit.de libelli concept.in
2.col.uerſi.quando partes.Bal.in l.1.C.de prohib.ſequeſt.
pecu.& in l.penul.vbi etiam per Bar. & Ang.ff.ubi pupil.
educ.deb.& Bal.& in addi.Spec.in tit.de ſequeſtra.poſſeſ.
& fruct.in primo uerſi.Inno.in c.in præſentia. in 1.col.de
probatio.Et facit not.uerbum Abb.in cap.olim ex literis
in 2.col.uer.ſed tu uide not.extra de reſcrip.& circa hanc
materiam uide d.Pari. de Puteo late loquentem in tract.
ſuo

ſuo ſyndi.in 64.charta.in 4 col.in cap.incip.iudex ut non
arguatur &c.& Flor. in l.communi diuidundo. in §. cum
de vſufruct.ff.communi diuidun. & d.Fran.Curt.in conſi.
61.incip.ſuper eo &c.limita tamen prædicta, & intelligas
procedere,quando neuter poſſideret, ſed vterq; pretende
ret poſſeſſionem ad ſe ſpectare.Sed ſi vnus tantum poſſide
ret,ſiue eſſet in poſſeſſione,alius non:tunc iudex non po-
46 teſt ſequeſtrare poſſeſſionẽ,dato † ꝙ videat partes ꝓceſſu
ras ad arma,ita no.dixit Bal.in l.æquiſſimum.ff.de vſufru.
& hanc limitationem etiã ponit idẽ Bal.in l.fi.C. de ordi.
cognitio.& in c.2.in 2.col.de vita,& honeſtate clerico. &
in l.ordinarij.C.de rei vendica.& in c.1.de ſequeſt.poſſ.&
fruct.in 4.col.vbi dicit, ꝙ propter metum armorum non
debet fieri ſequeſtrum,nec recedi a tramite iuris, niſi qñ
dubium eſt de poſſeſſione: ſecus quando vnus poſſidet,
alius non.Et iſta refert Iaſ.in l.quidam exiſtimauerunt.in
3.col.ff.ſi cert. pet. quod eſt menti tenendum ꝑꝑ iudices
ignorantes,qui ſtatim ſequeſtrant poſſeſſionem,non attẽ
ta poſſeſſione unius partis.Et iſta ſunt quæ mihi pro nunc
occurrunt circa materiam armorum,licet etiam alia plu-
ra adduci poſſent,quæ nõ ſunt ita practicabilia,circa quæ
aliter me non extendo.Hippoly.de Marſiliis.

## *SVMMARIVM.*

1 *Vulnus quid ſit.*

2 *Vulneris appellatione an veniat tutor,& liuor.*

3 *Vulnuſculum nullum habet in ſe delictum.Et an includatur ſub ſtatuto de vulneribus nume. 4. 5.*

6 *Scire parum,& nihil æquiparantur.*

7 *Officialis pro minimo non eſt ſyndicandus.*

8 *Statutum de tortura loquens non includit leuiter tortum.*

9 *Inſequens fugientem,qui in fuga cecidit,& ſe vulnerauit an puniendus pœna ſtatuti de vulnerantibus.*

10 *Statutum vulnerantem,puniens de doloſo intelligitur.*

11 *Percuſſione probata, & non qualitate accuſatus an abſoluẽdus.*

12 *Inquiſitio de crimine commiſſo certo tempore,vel loco,& probatur de alio,non arctat inquiſitum ad abſolutionem obtinendam nume.13.14.*



15 *Accuſans interfectorem, & poſt modum probat hoc feciſſe per alium,an debeat ſuccumbere.*

16 *Vulneratus ex interuallo moriens,an præſumatur in dubio mortuus ex dicto vulnere.*

17 *Vulneratum non eſſe mortuum ex vulnere,difficile eſt probare.*

18 *Vulnerans an teneatur de occiſo,ſi vulneratus medicum habere noluerit.Et quid ſi medicum habuerit imperitum, vel noxia comederit.nu.19.*

20 *Medici vitium an excuſet vulnerantem,vel vulnerati inobedientia aut ſuperueniens infirmitas.num.21.Et quid ſi vulneratus adhibuerit incantationes nu.22.*

23 *Incantator non dicitur medicus.*

24 *Vulneratus dicens ſe mori culpa medici,an releuet vulnerantẽ.*

25 *Imaginem ſanctam percutiens qua pœna puniendus.*

26 *Agi de occiſo contra vulnerantem mortifere an poſſit ante mortem nu.28.*

27 *Vulneratus mortalter an habendus pro mortuo.*

29 *Mortuus,& ad mortem vulneratus æquiparantur.*

30 *Fideiubens in caſu vulneris,an & quando teneatur de morte ſecuta ex vulnere.*

31 *Pax facta de vulnere,an extendatur ad mortem ſecutam.*

32 *Exiſtens in mortis articulo, neque omnino viuit neque omnino mortuus eſt.*

33 *Fictio in ſtatutis pœnalibus non cadit.*

34 *Statutũ loquẽs in cõtractu non habet locum in quaſi contractu.*

35 *Mortuus proprie quis dicatur.*

36 *Proceſſus factus contra vulnerantẽ,an proſit ubi agitur de occiſo*

37 *Vulnerans aliquem,& poſtmodum occidens,an teneatur de vulnere,& de homicidio.*

38 *Percutiens aliquem cum armis an puniendus de percuſſione, & de armorum portatione.*

39 *Mox,qualiter exponatur.*

40 *Notarius an poſſit eſſe rogatus de qualitate vulneris, & inſtrumentum conficere ſine commiſſione.*

41 *Delictum an poſſit probari per inſtrumentum.*

§. ET quia cum armis ſępius inferũtur vulnera
in perſonis,quæ diuerſimode vulnerantur:
ideo mihi etiam videtur congruum, & non
impertinens aliqua in hoc opere poſt ma-
teriā armorũ adducere circa materiā vulne
rũ,& vulnerantium. Et ideo ſcias primo,ꝙ
1 vulnus † eſt ſciſſura,vel ſeparatio carnis ĩ aliquo corpore:
& hoc dicit̃ ꝓprie vulnus.ita probat tex.& ibi Bar.& Bal.
in l.ſi ſeruus ſeruũ.in §.rupiſſe.ff.ad leg. Aquil.& hoc ẽt di
xit Bart.in l.prætor.in §.rẽ atrocẽ.ff.de iniurijs.& Bart.in
quodam conſi.ſuo inci. proceſſum &c. Et ſubdit Bal.in d.
2 §.rupiſſe.ꝙ appellatione vulneris , venit tumefactio † ſeu
inflatio facta in corpore pp percuſſionẽ.Quod intelligi de
bet vbi talis tumefactio ſeu iflatio aperta fuit ex neceſſita
te,qa fecerat ſaniẽ.ita dixit Bartol.in d.l.prætor. in §.rem
atrocẽ.Et adde ꝙ aliud eſt vulnus magnũ,aliud paruũ , vt
habetur in l.vulneris magnitudo.& ibi vide Ang.ff.de in-
iur.& Ang.in l.1.in §.potuiſſe.in fi.ff.ad Sylla. & eſt bonus
tex.in l.1.in §.vitiũ quidẽ.ff. de ædil. edict. vbi text. dicit,
3 qđ modicum † vulnuſulum nullum in ſe habet delictum.
quẽ tex.ibi ponderauit Bal.in reportatis antiquis. & Bal.
in l.fin.in 1.colum.C.de ædil.act.& Angel. & Ludo.Rom.
in l.1.in §.excuſantur.ff.ad Sylla.& Ang.in l.extat.ff.quod
met.cauſ.& Ludo.Rom.in l.ſi vero.in §.de viro. in 11.col.
ff.ſolu.matri.& eſt bonus tex.ad hoc in d.§.excuſant̃.Et fa
cit tex.in l.quæſitũ.ff.de re iudicata . vbi appellatione fe-
bris nõ venit leuis febricula . quod ẽt firmat glo.in c.pla-
cuit.18.diſt.& Bal.in l.obſeruare.in 1. colum. C. quorum
appel.non recip.Ex quibus infertur,ꝙ ſi ſtatutũ ponit vul
4 nerantẽ , non habebit locum † in faciente vulnuſculũ:ita
dixit Ang.in d.l.extat.per text.in d.l. 1.§. vitium quidem.
Ad qđ facit dictum Bald.in d.l.fina.C.de ædil.actio.vbi di
cit,ꝙ ſi ſtatutum dicit,ꝙ ſyndici teneãtur denũtiare ꝑcuſ
5 ſiones ſanguinolẽtas,ꝙ nõ tenebuntur † denũtiare percuſ
ſiones vbi eſt leuiſſima cutis ſciſſura . ad quod vide ẽt glo.
in c.cum illorũ.in verbo, ſanguinis.de ſenten.excõmuni.
Pro quibus etiã facit c.licet cauſam.in §.quamquã.in ver.
nulla,



nulla,uel.modica.de probat.& tex.inſti.ad legem Fal.circa
prin.in ver.pro nullo,aut minimo lucro.&facit gl.in §.pe.
in authen.de inſtrumen.cau.& fide.in verbo,inter quos,q̃
6 dicit ꝙ parum † ſcire & nihil æquiparantur . Et ideo dixit
Ludo.Roma.in ſingu.ſuo 330. inci. hodie quidã &c.ꝙ ſta
tutum prohibens alienare domum in forenſem , non ha-
bet locum in parua domo ad quod alleg.text.quẽ dicit ſin
gu.in l.ſenatus.in §.Marcellus . ff. de leg. 1. vbi hoc etiam
ſentit Ang.& facit quod voluit Bald.in c. cum te.de re iu-
7 dicata.vbi dixit,ꝙ officialis † pro minimo non eſt ſyndicã
dus.alleg.l.quamuis . ff. de conditio. & demonſtra.& l.eui
dens.ff.de ædil.edict.pro q̃bus facit l.Seio. ff. de in integ.
reſtitutio.& l.omnino.ff.de impenſis. & l. res bona fide.ff.
de contrahen.emptio.& faciunt optime quæ ego dixi in
ſingu.meo.276.incip.parum. Item ſi ſtatutum punit vul-
nerantem in platea,pœna manus , pro tali vulnuſculo nõ
imponetur tã atrox pœna.ita dicit Bal.in d.l.fi. C.de ædil.
actio.& Ludo.Roma.in dicta l.1.§.excuſantur.Et facit di-
ctum Bal.in l.ſi quis in hoc genus.in fi.C. de epiſco.& cle
ri.vbi dixit ꝙ ſtatutum,aut lex puniens offendentem cle-
ricum,habet locum ſolum in inferente atrocẽ iniuriã,ſeu
offenſam,non aũt in minima offenſa.Et facit etiam : nam
ſtatutum faciens mentionem de tortura , non habet lo-
8 cum † in modica tortura,vel in leniter torto.ita dixit Bal.
in d.l.obſeruare.C. quorũ appella. non reci . Et facit glo.
no.in authe.minoris debitor. C. qui da.tuto.poſſ.q̃ dixit
ꝙ debitor minoris in modica quãtitate,poterit eſſe tutor
pupilli.pro quo facit etiam dictũ Bal.in authen. præterea.
in fin.C.vnde vir & uxor.vbi dicit,ꝙ mulier etiã ſi habeat
paruam , aut modicã dotẽ,ſuccedit viro.in quarta de qua
materia minorũ, vide quæ ego dixi in dicto ſingu. meo
276.incipien.parum &c. & Barba. in conſi. 74. incip. ſcri
pſit &c.in 1.col.in 4.volu,& Iaſo.in l.ſi is qui pro empto-
re.in 20.colum.de vſucap.& Iaſo. omnino in l. ſciendum.
in 3.& 4.colum. ff. qui ſatiſda.cog. vbi adducit plura not.
dicta in hac materia.& in l. ſed ſi hac. in §.prætor ait.in 1.
colum.ff.de in ius uoc.Vlterius quæri poteſt: ſtatutum pu
nit

nit vulnerantem:modo pone quod infugaui te, ex qua in
fugatione tu cecidiſti in terrā, & ex hoc te ipſm vulneraſti
9 an † hoc caſu debeam puniri pęna ſtatuti?in quo dicas, ꝙ
non debeo puniri tāquam vulnerans, ſed ſolum vt faciens
fieri vulnus.ita dixit Bart. in l.ſi gemina arbor.in 2.col.ff.
arbo.fur.cęſ.ad quod etiam vide in ſimili Bal.in l.de peco
ribus.C.ad leg.Aquil.& in l.3.ff.de iureiur.in §.1. & Bald.
in l.qua actione.in §.Celſus.ff.ad leg.Aquil. & in l.ſi de in
terpretatione.ff.de leg.& Bal.in l.1.in 4.col.C.ſi ſeruus ex
tero.Et uide etiam Bal.in l.1.qđ prætor.ff.ne quis eum q
in ius uocan.eſt ui ex.ubi dicit, ꝙ ſi ſtatutum punit uulne
10 rantem,aut percutientē,dēt intelligi de percutiente † do
loſe. ꝓ quo faciunt quæ dixi in l.de minore.in princ.in 6.
col.uer.& quoties ſtatutū &c.ff.de quæſtio.& in ſing.meo
176.incip.uoluntas & propoſitum.& in l.1.C.de ſica.Vlte
rius quæri pōt de notabili qōne vcʒ,quidā fuit accuſatus
uel inquiſitus de uulnere,aut ꝑcuſſione cum ſanguinis ef-
fuſione,uel cum alia qualitate,quæ auget pœnā delicti,&
ꝓbata fuit percuſſio,ſed nō qualitas: an dēat inquiſitus ,
11 uel accuſatus abſolui? † dicas ꝙ ſic ita concludit.Paul. de
Caſ.in l.duob.in §.ſi quis iurauerit.ff.de iureiur. de quo ēt
ꝑ Bar.in l.denunciaſſe.in §.quid tn̄.ff.de adult.& in l.is qui
reus.in uer.uenio ad quæſtiones.ff.de pub.iudi.& in conſi.
ſuo incip.accuſatio &c.& ꝑ Bal.in l.1.in 2.col.C. qui accu
ſa.non poſſ.& in l.1.in pen.col.C.de condi.indebi. & in l.
is qui.ff.quemadmodum ſeruit.amit.& idem Bald.in l. cō
tra negantem.in 2.col.C.ad leg.Aquil.& in l.edita. in 20.
col.uerſi.circa ſextam.C.de eden.Bald.in l.bonæ.in §.ali-
quando.ff.de ædi.edic.Bal.in l.& ſi ſeuerior.in pen.col.C.
de his q not.infa.Bal.in c.olim.in prin.de reſcrip.Bal. ī c.
ſignificaſti.de appel.Bal.in c.ſignificante.eo.tit.Bal.in cap.
præterea.de teſt.cogi.Saly.in l.2.C.ad leg.Iul.de ui publi.
Lud.Ro.in l.Titia.in 12.col.ff.ſolu.matrim.Abb.in c. du-
dum.in.17.col.de elect.& in c.examinata.in 3.col.de iudi.
& in c.conqueſtus.in 4.col.de foro competenti.Et faciunt
dicta per Ioan.Andr.in c.1. de homicid.in 6.in nouel. ubi
dixit ſe ſemel euaſiſſe quendam prælatum a pęna mortis:
qui


qui aſſaſſinauerat quandā hominem Chriſtianum,ſ̄m te-
norem inquiſitionis, & non fuit ꝓbata illa qualitas,ꝙ ho
mo ille aſſaſſinatus fuiſſet Chriſtianus,ſ̄m qđ requirit il-
le tex.in d.c.1.de homic.& per hoc fuit liberatus prelatus
ille a pœna mortis,licet cōtra eum fuerit probatū aſſaſina
mentum.ita refert Ioan.And.in d.c.1. quā doctrinā refert
& ſequitur Bal.in l.ſi quis non dicā rapere.in 3.col. C. de
epiſco.& cle.& Petr. de Ancha.in conſi.ſuo.272. incip. de
titulis criminum.in 1.col.in fin.& Lud. Roma. in conſilio
144.incipient.inquiſitio præſens &c.circa princ. & domi.
Alex.in conſil. ſuo 3. incip.in cauſa, & lite uertente.in 4.
col.in prin.in 2.uolu.& in conſi.223.incip. uiſo proceſſu ,
in 3.char.in 2.col.& in conſi.171.incip.uiſis & opportune
&c.in 2.colu.in 2.uol.& in conſi.306.incip. uiſo proceſſu
in 6.colum.&in conſi.385.incipien.uiſis & optime diſcuſ-
ſis in 2.col.in quibus omnibus locis ipſe Alex.refert & ſe-
quitur illam doct.Ioan. And.in d.c.1.de homicid. in 6.in
nouel.& illam etiam refert,& ſequitur do.Felyn.in c.audi
tis.in penult.col.de præſcrip.& in c.ita quorundam.circa
princ.de iudæ.Pro quo etiā facit dictum Pau.de Caſt.in l.
ſi cōmunem.in §.1.ff.quemadmodum ſeruit.amit. ubi di-
xit, ꝙ ſi inquiſitio,uel accuſatio fit contra aliquē de crimi
12 ne,tanquam cōmiſſum ſit † tali tempore,uel loco:& ꝓba
tur de alio tempore,uel loco, ꝙ dēt ſequi abſolutio , licet
ſit plene probatum crimen.Et facit etiam dictum Bar.in l.
pe.C.de priuil.d.Aug.lib.11.ubi dixit , ꝙ ſi ſtatutū punit
delictū ī ſtrata, & inquiſitio dicat delictum eſſe cōmiſſum
13 ī uia.† ꝙ inquiſitus non poterit puniri.Et facit dictū Bal.
in l.ob hęc uerba.ff.de his qui not.infa.ubi dixit,ꝙ ſi quis
inquiſitum eſt,ꝙ mandauit delictum cōmitti , & probatū
eſt ꝙ inſtigauit,ut delictum cōmitteretur,ꝙ nō poterit cō
dēnari:quia non eſt probatū ſpecialiter illud, qđ in inqui
ſitione continet:quod dictū refert & ſequitur do.Alex. in
d.conſi.ſuo 223.Et facit not.dictum Io.And.in c. auditis.
de præſcri.quem refert & ſequitur d.Alex.in conſ.ſuo 33.
incip.uiſo rhemate.in 2.col.in 2.uol.ubi dixit ,ꝙ ſi condu
ctor equi ad uecturā dicit equū cōductū mortuū eſſe ī uia,
ſeu

24 ſeu in itinere diuino iudicio,† & probat equum, quē ipſe equitauit i itinere mortuū eſſe diuino iudicio, ꝙ ꝑ talē probationem nō erit liberatus a ſolutione equi: q̄a erat neceſſe ꝓbare de idētitate mortis equi accōmodati, ſeu locati, & cōducti ad uecturā. Item facit etiam ad prædicta: nam ſi aliquis accuſat aliquem, qđ interfecit Titiū, & poſtea pro-
25 bat † ꝙ hoc fecit per alium, accuſans ipſe ſuccūbet, & proceſſus erit nullus. ita ſingu. dixit Ioan. Monach. in regula, q̄ per aliū. de regu. iur. in 6. de quo dicto facit feſtū Bald. in c. 1. §. iniuria. in vlti. col. uerſi. pone accuſo te &c. de pa. iur. fi. & do. Fely. in c. mulieres. in pe. col. de ſent. excommuni. & facit etiam no. uerbum Angel. in l. prætor. in §. docere. ff. ui bon. rapto. ubi dixit, ꝙ ſi facta eſt accuſatio de vulnere cū cicatrice, & probatū ſit vulnus ſimpliciter, qđ accuſator ſuccumbet. Et faciunt optime q̄ ego dixi in ſingu. meo 187. incip. qualitas appoſita &c. & quæ latius ēt dixi in l. ſi quis ne quæſtio. in 26. & 27. col. ff. de quæſtio. & vide etiā vltra dicta in dictis locis Bart. in ſimi. in l. non ſolum. in §. ſed vt ꝓbari. ff. de ope. no. nun. & in conſi. ſuo incipen. viſo proceſſu facto &c. & Bartol. in l. libellorum. in 4. colum. ff. de accuſa. Bart. & Bal. in l. cum actum. ff. de neg. geſt. Bal. in l. matrem. C. de proba. & in l. fi. C. an ſeruus ex ſuo facto. & Bald. in l. de rebus. C. de donatio. ante nupt. & Bald. in c. cum contingat. in fin. de offi. deleg. & Bart. in l. 1. ff. ne quid in loco publico. Modo vlterius quæro de notabili & quotidiana quæſtione, videlicet, ſi vulneratus poſt vulnus
26 illatum ex interuallo moriatur an in dubio † præſumatur mortuus ex dicto vulnere? in quo Bar. in l. fi. ff. de fica. dicit, ꝙ gl. in l. 1. C. de emen. ſeruo. videt̄ dicere, ꝙ in dubio ſi ipſe vulneratus ſurrexit, & ambulauit poſt triduū: ꝙ nō. videt̄ deceſſiſſe ex vulnere, & dicit qđ de hoc eſt text. in c. 2. de cleri. percuſ. poſtea dicit ipſe Barto. quod dici poteſt, quod ex diuturnitate temporis non præſumitur deceſſiſſe ex vulnere: & dicit quod iſta poſſent eſſe vera in dubio, ſed ī caſu certo ſtaremus certo. Et ſubdit poſtea ipſe Bart. quod in hoc, & ī cōtemplatione percuſſionum eſſet recurrendum ad iudiciū medicorū vt in l. ſi ſemel. C. de re milit.





lib. 12. & in l. 1. ff. de ven. inſpic. & in l. comparationes. C. de fide inſtrumen. et dicit ꝙ de hoc eſt caſus expreſſus in c. ſignificaſti. il 2. de homicid. Poſtea dicit ꝙ ſi plures medici non reperientur, quod tunc ſtaretur dicto vnius tantum, vt in authen. de non alie. in. §. quam autem. ita finaliter reſidet Bart. in d. l. fin. Ego autem ſuperius dictis per Bar. addo aliqua: & primo dico quod illam glo. in d. l. 1. C. de emen. ſer. ibi approbant & ſequunt̄ doct. & eā refert, & ſequitur Ioā. de Ana. in c. presbiterū. in 2. col. de homici. & Angel. de Aret. in tractatu. maleficiorū. in verbo, & dict⁹ Titius ex interuallo ex dictis vulnerib⁹ mortuus fuit, & eſt in prin. in verſi. ex interuallo &c. & Ioā. de Ana. poſt alios in c. 2. in antepe. col. de cle. ꝑcuſ. & Bal. in repertorio ſuo in ver. vulneratus. ī 2. ver. & Barb. ī cōſi. ſuo incip. à Ioue principiū. & Cepol. in conſi. ſuo 41. inc. licet in 5. col. & Ang. ī l. ꝙ ſi nolit in. §. qui mancipiū. ff. de ædil. edict. et Petr. de Ancha. in conſi. ſuo 184. inci. iure ſtricto &c. & Bal. in l. 1. in 3. colū. C. de ædi. actio. & Lud. Ro. in l. illa. in 28. col. ff. de verbo. obligatio. Attamen poteſt dubitari de illa gloſſ. eo quia tex. in c. continebat̄. de homici. dicit, ꝙ vbi vulneratus morit̄ etiā poſt octo dies, quod præſumitur mortuus ex vulnere. & dicit tex. ī d. c. 2. de cler. percuſ. quod vulneratus moriēs poſt octo mēſes à die illati vulneris, non præſumitur mortuus ex cauſa vulneris: ſed ſecus ſi ante octo mēſes moriatur, quia tunc præſumitur mortuus ex vulnere. Quid ergo dicendū? Mihi videtur ꝙ Abb. in d. c. 2. de cler. percuſſo. recte loquat̄ ī hac materia: nam dicit, quod etiam ſi vulneratus moriat̄ poſt octo menſes, dummodo nunquam recōualuerit à die illati vulneris, ſed ſemper proceſſit de malo in peius: qđ tūc præſumitur omnino mortu⁹ ex cauſa vulneris ſibi illati. & ſic nō vult Abb. quod habeatur reſpect⁹ ad ſpaciū temporis, ſed ad bonam, vel malā valitudinē ſubſecutā in perſonam dicti vulnerati. Et ideo mihi videtur concludēdū, quod ſi vulnerat⁹ ſemper proceſſit de malo ī peius, & finaliter moriat̄ non attento temporis ſpacio, quòd dicatur ſemper mortuus ex vulnere. Ex quo reſultat quod gloſſ.

in d.l.1. C. de emen. ſeruo. eſt vera, cum ex ea appareat
quod vulneratus non proceſſit de malo in peius: quia ſi ꝑ
ceſſiſſet de malo in peius, non ſurrexiſſet poſt triduum am
bulando cum baculo: & ideo ſi poſtea deceſſit, non præſu
mitur mortuus ex vulnere, ſed ex aliqua alia cauſa: & ideo
tunc vulnerans non tenetur de occiſo. Et pro illo d. Abb.
in d.c.2. de cle. percuſſo. facit quod voluit Bal. in c.2. in ul-
tim. col. de pact. in ver. pone ſtatuto cauetur &c. ubi dicit:
pone quod ſtatuto cauetur, quod laborantes in extremis
non poſſint contrahere ſine conſenſu propinquorum, nũ
quid dicetur in extremis laborare ille qui poſt contractũ
vixit multis annis? & reſpõdet & dicit, ꝙ oĩs qui ex illa in
firmitate decedit abſque ſano interuallo, dr̃ laborare in
extremis. ad quod alle. tex. quem dicit eſſe vnicum in iure.
in l. alũnæ. ff. de adi. leg. Et vide etiam ad prædicta Ioan. de
Ana. in d.c. presbyterũ. in 4. col. in prin. de homic. & Bart.
& Bald. in l. ait lex. ff. ad leg. Aquil. & Bald. in c.1. in 6. col.
17 qui. mod. feu. amit. † vbi dicit difficile eſſe probare vulne-
ratum nõ eſſe mortuũ ex vulnere. & ideo dicit, ꝙ ſi medici
ſunt diuerſi, & contrarij, ꝙ dẽt iudicari contra vulneran-
tem. quod dictum refert & ſequitur do. Fely. in c. presbyte
rum. in 1. col. in fi. de homi. & do. Catal. in trac. ſynd. ĩ ver.
287. incip. adde ꝙ qñ &c. pro quo mihi videtur tex. in c. ſi
gnificaſti. il 2. in §. ſi. de homi. quod dictum etiam refert, &
ſequitur Cepo. in conſi. ſuo 62. incip. magnifice &c. in vlt.
col. de quo etiã dixi ego in ſingu. meo 218. inci. regulã ha
bemus. Sed iſtud dictum uidetur mihi valde dubiũ, eo quia
eſt de directo cõtra illã regulã vulgatam, videlicet, ꝙ in du
bijs, & obſcuris ſemper debemus inclinare in mitiorẽ par
tẽ: vt in l. ſemꝑ in obſcuris. ff. de reg. iur. & in l. factũ cuiq;.
§. fi. eo. ti. & in regula, in pœnis. de reg. iu. in 6. & in c. eos ve
ro. 1. di. & in l. merito. ff. ꝑ ſocio. & in l. Arrianus. ff. de act.
& obliga. cum ſi. de quo latiſſime vltra omnes locutus ſum
in repet. mea l. fi. C. de ꝓba. in l. char. cũ ſequen. vbi plures
doctrinas cumulaui ad hoc propoſitũ. Item videtur dubiũ
propter doctrinã Lud. Ro. in l. 1. §. fi. in 3. col. ff. de ver. ob.
quem vide. Item etiam redditur valde dubia illa doctrina





Bal. in d.c.1. de quibus cau. feud. amitt. eo quia cõtrariũ te
nuit ipſe Baldus met. in cõſilio ſuo 195. inc. an vulnus &c.
in 1. vol. in duobus locis illius cõſilii. & Raph. Cum. in cõſi
lio 134. incip. viſis. in 2. col. ante me. & Soci. in conſi. 178.
incip. primo aſpectu. in 3. col. de quo etiam dixi ſupra, in
§. ſecunda quæſtio. nu. 67. quæ opinio magis videtur ſe-
quẽda, cum magis adhęreat dictæ regulæ l. ſemꝑ in obſcu
ris. de quo etiam dixi in l.1. in 9. & 10. chart. C. de ſicariis.

Vlterius q̃ro: pone ꝙ vulneratus eſt Titius aliquo vul-
nere, ꝙ vulnus poterat ſe habere ad vitam, & ad mortẽ, &
† vulneratus noluit habere medicũ: an tali caſu ſi moriat̃
vulneratus, vulnerãs teneatur de occiſo? in quo videtur di
cendum ꝙ ſic. per textum in l. nihil intereſt. ff. de ſicariis.
cum ſimilibus. ubi probatur regula illa, videlicet, ꝙ qui
cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur: nã in dicto ca-
ſu ſi non fuiſſet ſibi illatũ tale vulnus, non fuiſſet mortuus.
cum ergo ſecuta ſit mors, neceſſe eſt dicere, quod vulnerãs
tãquam dans cauſam morti, teneatur de morte ſecuta. Sed
dicas contrarium eſſe verius, videlicet, quod tali caſu vul-
nerãs nõ tenebitur de morte. quia conſtat q̃d vulneratus
ſua culpa deceſſit. ita no. dixit Bal. in l. ſi ab hoſtibus. in §. ſi
vir. per gl. ibi. ff. ſoluto mat. quod dictum ibi ſumme notat
Pau. de caſ. & do. Alex. qui dicit, ꝙ idem tenuit Tancre. in
compendioſa ſua. in 2. rubri. in 11. q. & Bal. in l. ꝗ occidit.
in §. fi. ff. ad legem Aquil. & in c.1. quibus modis feu. amit. &
volunt docto. in c.2. de cleri. percuſ. pro qua parte facit ẽt
ſecundum eum text. in l. huic ſcripturæ. in §.1. & in l. item
Mela. in §. celſus. ff. ad legem Aquil. & illud dictum Bal. ẽt
exclamat Ioan. de Imo. in d. §. ſi vir. vbi dicit hoc eſſe valde
quotidianũ. quo dictum etiã magnifacit do. Fely. in c. preſ
byterum. in 1. colum. de homicid. Et idem etiam dicas eſ-
ſe, & locum habere, ſi ipſe vulneratus habuit medicũ impe
19 ritum, vel ſi inordinate dixit † comedẽdo res ſibi nocitu
ras, vel ſi noluit obedire medico, ſecundũ do. Felyn. in d.c.
presbyterum. vbi ſubdit, vt dixi, idẽ eſſe ſi ipſe vulneratus
inordinate vixit poſt vulnus, vt puta, qa concubuit cũ vxo
re, vel cum alia fœmina. ad quod alleg. Bal. in d.l. qui occi-

dit.& ibi do. Flo. Et adducit etiam Bal. in l.ſi nõ ſimplici-
20 ter.in 4.col.C. de ædil.acti. ubi dixit, † ꝙ uitium medi-
ci, vel malitia medicinæ excuſat vulnerantem. Et adducit
etiam Ang.in l.ꝙ ſi nolit.in §.ſi mancipiũ.ff.de ædil.ædict.
ubi dicit,ꝙ ſi vulnus poteſt ſe habere ad vitam,& ad mor
tem:tunc ſi vocatur medicus imperitus,& moriaẽ percuſ-
ſus,nõ imputatur vulnerãti.& ideo Bart.in d.l.ſi ab hoſti-
bus.exclamat contra vocantẽ medicum imperitũ, qui ne
ſcit vnam literã, vt multi modernis temporibus reperiun
tur, qui etiam neſcirent curare unam beſtiam infirmã.Et
facit etiam quod voluit Bald.in addit.Specu.ſuper rubric.
de homicid.ubi dicit, quod ſi conſtat de inordinata uita ĩ
firmi,mors ſuperueniens ſibi imputabitur & nõ vulneran
ti.Pro quibus faciunt dicta ꝑ do.Flo.late in l.ait lex.§.1.ff.
ad legem Aqu.vbi loquitur de non obediẽte medico.Ad-
ducit etiam Ioan.de Plat.in l.nec ſemel.C. de re militari.
lib.10.vbi dixit,ꝙ ſi poſt relationẽ medicorũ referentiũ,
ꝓ vulnus non ſit mortale,vulneratus moriatur, ꝙ prçſu-
mitur mortuus ex mala cuſtodia: & ideo dici poteſt quod
in prædictis caſibus ille,qui dedit cauſam morti, tamẽ nõ
videtur dediſſe mortẽ, adeo quod puniaẽ de ipſa morte:
& ſic contra dictã regulam,videlicet, quod qui cauſam dã
ni dat,damnum dediſſe videtur. quæ regula non eſt ita ge
neraliter & indiſtincte intelligenda, ſed debet intelligi,ꝙ̃
do cauſa de per ſe fuit apta naturaliter ad inferendũ dam-
num,ſecus ſi non de per ſe fuit apta ad damnũ inferendũ,
ſed ipſe damnũ paſſus produxit cauſam ad effectũ, ſeu ad
ipſum damnũ,ut in dictis exẽplis,& doctrinis.Et vltra do.
Fel.in d.c.præsbyterum,quando vulneratus mortuꝰ eſt ex
21 inobedientia,vel ex imperitia medici,& quãdo febris † ſu
peruenit non mortifere vulnerato,an vulnerans teneaẽ de
occiſo?vide de iſtis & ſimilibus caſibus do.Fely. in c.inter
feciſti.l.2.in 1.col.de homicid. & d.Bartholo.Cepol.ĩ cõ-
ſil.ſuo 90.incip.magnifice,ac generoſe &c.per totum con-
ſilium.& Albe.de Roſa.in 2.parte ſta.in qõ.36.incip.item
quid ſi aliquis. & Soci.in conſilio 178. incipien. primo
aſpectu.& bald. in conſilio 195.incipien.an vulnus.in 1.vo
lu.



lu.& Raph.Cuma. in conſilio ſuo 134. incipien. viſis de-
nuntiat.&c.& Alex.in conſilio ſuo nondum impreſſo. in-
cip.& vt oportet &c.Item teneas etiam menti vnũ aliud,
videlicet,ꝙ ſi vulneratus facit ſe medicare per incantatio
22 nes,quod dicit ĩ culpa, adeo quod vulnerans † non teneẽ
de morte,ſecundum Socin.in conſilio ſuo 138. incip.pri-
mo aſpectu &c.in vlti.colu.Pro quo facit tex.in l.1.§.ſed ſi
obſtetrices ff.de uariis & extraordinariis cognit. & vo-
23 luit etiam Ioan.de Ana. in rubric. extra de magiſt.† vbi
dicit,quod incantator non dicitur medicus. Scias etiã ꝙ
24 ſi uulneratus moriens dicat ſe mori culpa medici, † tñ
per hoc non iuuat percuſſorẽ,ſi aliter hoc non appareat.
ita not.dixit Pet.de Anch.in c.ſi.extra de ſucceſſ.ab inte
ſta.ꝙ dictũ refert,& ſequitur d.Fely.in c.literas.in penu.
col.de præſumptio.de quo dicto feci mentionẽ in ſingul.
meo 22. incip. confeſſio offenſi. Vlterius ſcias,ꝙ quan-
25 doq; ex ſola percuſſione q̃s punitur pœna mortis:† puta
ſi quis ꝑcutiat imaginẽ,aut tabulã,in qua ſit imago Dei,
uel beatiſſimæ uirginis Mariæ,uel Sanctorum.ita not.di
xit Ange.in l.ex ſenatus.ff. de ſic.& eſt bonus tex.ĩ c.2.§.
ſi.de offic. ordi.lib. 6. Item ultra prædicta dubitatur, an
26 contra vulnerantẽ mortifere, † poſſit antẽ mortẽ agi de
occiſo:& ſic an iura loquentia in occidente,habeãt locũ ĩ
mortaliter vulnerante? in qua quæſt. uidentur iura pro
utraq; parte.Et primo ꝙ nõ habeat locũ ĩ vulnerãte mor
taliter uidetur tex.ĩ l.itẽ Mela.§.Celſus. ff.ad legẽ Aquil.
& in l.huic ſcripturæ.eod.titu.ĩ quibus iuribus dicit,ꝙ ſi
quis mortifere aliquẽ vulnerauit,& poſtea alius ſuperue
niat,& illum taliter mortaliter vulneratũ in totum occi
dit,& exanimet,ꝙ nõ primus mortaliter vulnerãs,ſed ſe
cundus exanimãs illum tenetur de occiſo. & hoc etiã fir
mat Bal.per illa iura in l.ita vulneratus.eod. titu.ad legẽ
Aquil. ubi ſubdit, ꝙ quidã aduocatus vulnerantis dedit
cõſiliũ primo vulneranti, ꝙ faceret per alium totũ exani
mare vulneratum mortifere,eo quia poſtea ipſe nõ tene
bitur, niſi de vulnere. Et dicit Bal. ꝙ dignũ præmiũ dicti
aduocati fuiſſet vnus laqueus,& hoc dictũ Bald.refert,&

ſequitur do. Fely. in c. de cætero. de homici. Et hanc partẽ
per illum tex. firmat Lud. Roma. in ſingul. ſuo 256. incip.
quidã fuit vulneratus &cęt. vbi refert quod ex hoc dicto
lucratus fuit alias vnam cappã de ſerico. Et hãc partẽ etiã
per illum tex. firmat d. Frãc. de Cre. in not. ſuo 55. incipiẽ.
quidã malus aduocatus &c. de quo etiã dixi in l. 1. in prin.
in verſicu. 15. limita &c. ff. de ſica. de quo etiã per Ioã. de
Ana. in ca. ſignificaſti. il 2. in 4. colum. de homicid. Et pro
hac parte etiã facit, quia nõ eſt mortuus, ꝗ adhuc viuit,
vt habetur. in l. qui duos. ff. de manu. teſt. Itẽ ꝙ habeẽ pro
mortuo mortaliter vulneratus, quædã fictio, quæ nõ ha-
27 bẽt locum † in ſtatutis, vt habetur per Bald. in l. ſi qs non
dicam rapere. C. de epiſco. & cleri. & ibi per alios. & in au
then. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugiti. & ĩ l. damni. ĩ. §. ſabi
ni. ff. de damno infecto. & in l. ſi is qui Stichum. ff. de cõfeſ.
& ita etiã dixit Bal. in c. 1. in prin. quibꝰ cauſis. feu. amit.
Itẽ pro hac parte faciũt etiam dicta per Bal. in c. 1. in. §. in
iuria. in penu. col. de pa. iur. fir. vbi. dixit, ꝙ vulnerãs mor
28 taliter † nõ poteſt ſtatim puniri de homicidio, licet certũ
ſit vulneratum euadere nõ poſſe: poſito ꝙ ſtatutũ dicat, ꝙ
occidens occidatur. & alleg. rationem Bal. dicẽs, ꝙ donec
anima eſt in corpore, nõ eſt quis mortuꝰ, licet ſit mortife
re vulneratꝰ, vt in l. ĩ hac. ff. de tritica. & dicit ꝙ ita tenuit
Bal. in l. damni. ĩ. §. ſabini. ff. de damno infecto. Itẽ pro hac
parte facit etiã quod voluit Bal. in l. 1. ff. de origine iuris
& in l. ſed & milites. §. plene. ff. de excuſat. tutorum. quẽ re
fert, & ſequitur do. Alexan. in d. §. ſabini. vbi dixit, ꝙ ſi ex
forma ſtatuti, vel alicuiꝰ conſtitutionis, Poteſtas teneẽ co
gnoſcere de delictis ſuo tẽpore cõmiſſis, ꝙ ſi aliquis tem
pore vnius Poteſtatis fuit mortaliter vulneratꝰ, & tẽpore
ſucceſſoris ſui fuerit mortuus: ꝙ cognitio talis delicti ſpe
ctabit ad ſucceſſorẽ Poteſtatis, cuiꝰ tempore ille vulnera
tus mortuus eſt. Pro ꝗbus faciũt dicta ꝑ Bar. in l. eũ q. §. ĩ
popularibꝰ. ff. de iureiurã. Ex quibꝰ omnibus videẽ cõclu
dẽdũ in queſtione prædicta, ꝙ iura loquẽtia de occidẽte,
nõ habeant locum in mortaliter vulnerante. Sed cõtrariã
partẽ firmat Bald. in l. 1. C. de nundinis. vbi dicit, ꝙ ſtatu
tum



tum loquẽs de occidẽte, habet locũ ĩ mortifere vulnerãte.
& idẽ voluit Bald. in ca. 1. in prin. quibus cauſis feud. amit.
vbi dixit, ꝙ mortuus, & ad mortem vulneratus æquiparã
9 tur, † licet nõ in omnibus. & ibi ponit exemplũ. Pro quo
facit glo. inſti. de lege Fuſia Cani. in verbo moriẽtibꝰ. E
facit etiã regula illa, videlicet, ꝗ de proximo eſt cingẽdꝰ
habeẽ pro cincto. de qua regula habeẽ in l. penulti. ff. de te
ſta. mili. & in l. item legato. ff. de lega. 3. & in l. ſi quis cum
ſciret. ff. de vſucap. pro emp. & in §. fin. in authen. vt exa. i-
ſtan. do. de qua regula plura dixi in ſing. meo 106. inc. qui
de proximo &c. Et faciunt etiã dicta ꝑ do. Flo. in l. ait lex.
in 1. & 2. col. ff. ad leg. Aqui. vbi dicit: ſtatuto cauetur ꝙ ꝓ
vulnere puniaẽ quis pœna cẽtũ. pro morte autẽ pœna mil
le: ſi pro inculpato de vulnere mortifero aliꝗs fideiubet, &
promittit pro eo de iudicio ſiſti, & de iudicato ſoluẽdo: &
poſtea ex illo vulnere mors ſequaẽ, fideiuſſor tenebiẽ ſol
uere pœnã ille, quæ pro morte imponitur. Et faciũt etiam
alia ibi dicta per eũ. & etiam in d. l. ſi vulnerato. Et idem te
net Specu. in titu. de fideiuſ. §. primo. verſi. ſed pene, R. vul
30 neratus à P. vbi dixit † ꝙ fideiubẽs in caſu vulneris, tene
tur de morte ſecuta ex vulnere, quãdo pœna eſt pecũiaria,
& mouetur dicẽs, ꝙ occiſus videtur, qui eſt mortaliter vul
neratus, eo quia quæ incõtinẽti fiunt videntur ineſſe. alleg.
in arg. c. officij. de elec. & l. penul. de teſtam. mili. & l. ſi quis
pro. §. 1. ff. de fideiuſſ. & l. fi. C. quorum lega. & c. 2. de cle. ꝑ
cuſ. quod dicit ipſe Spec. ſolũ ꝓcedere, vbi vulnus eſt mor
tale: ſed ſecꝰ eſt quãdo vulnꝰ nõ eſſet mortale ſecũdũ eum
ad quod alleg. l. qui occidit. ĩ. §. fin. ad leg. Aquil. de qua ma
teria vide Flo. in l. ait lex. ff. ad leg. Aquil. Item pro præ-
31 dictis etiam facit: nam pax facta de vulnere † extenditur
ad mortem ſubſcutã, quãdo vulnus erat mortale: qa mor-
tifere vulneratus habetur pro mortuo, Ita dixit Spe. ĩ tit.
de accuſato. in 1. parte in. §. viſo in ver. ſed pone Accuſauit
B. de quo etiam per do. Flo. & alios in l. ſi vulnerato. ff. ad.
leg. Aquil. & per Bald. in l. trãſigere. C. de tranſac. & ĩ addi
Spe. in titu. de accuſa. in prima col. verſi. pax facta &c. cum
tribus verſi. ibi ſequen. de quo etiã dixi ſupra in dicto. §. ſe



quitur.

quitur. nu.22.Et facit etiam: nam mortifere vulneratus
ſemper dicitur eſſe in articulo mortis, cum qualibet ho-
ra,& quolibet momento expectet mortem,vt docet expe
rientia rerum magiſtra. Sed conſtitutus in articulo mor-
tis habetur pro mortuo,ſm Barto.in auth.dos dota.C.de
dona.ante nup.quod ét ſentit idem Bal.in l.cum non ſolũ.
in fi.prin.C.de bo.quæ liber.vbi dixit, ꝙ exiſtens in arti
32 culo mortis,neque omnino † viuit,neque oĩno mortuus
eſt.ergo idem eſt dicendum de mortifere vulnerato,ꝙ de
iam mortuo. Ex quibus videtur cõcludendũ in qõne præ
dicta, ꝙ iura loquentia in occidente,habeant locũ ĩ mor
taliter vulnerante. Quid ergo dicendũ? Mihi certe magis
placet prima opi.ſ.ꝙ iura loquentia in occidente,non ha
beant locum in mortaliter vulnerante:nã quod mortife-
re vulneratus habeatur prõ mortuo, iſtud procedit per
33 quandã fictionẽ,nõ aũt proprie, † quæ fictio non cadit in
ſtatutis,maxime pœnalibus,vt volunt doc.in auth.ſed no
uo iure.C.de ſer.fugit.& in l.quicquid aſtringendæ. ff.de
verb.obligatio. & voluit Bar.in l.hæres.ff.de acq.hære.&
in l.3.§.hæc verba.ff.de neg.ge.& Bal.in l.meminimus.C.
de leg.hær.& in addi.Spec.in ti.de accuſatore.in 1.par.in
2.col.in ver.ſed ſtatuta terrarũ &c.vbi etiam dicit, ꝙ fi-
ctio non habet locum in conſuetudinibus terrarũ.de quo
etiam per Abb.in conſil.ſuo 72.incipi.in hac cauſa &c.&
hoc maxime procedit in ſtatutis pœnalibus,ſecundũ Bal.
in l.1.in prin.C.qui teſta.face.poſ.Pro quo facit:nam ſta
tutum loquens in contractu,non habet locũ in quaſi con
34 tractu,†ſecundum Bar.in l.apud Iulianum. ff.ex qui.cau.
in poſſ.eatur.& in l.minor.ff.de acq.hær.ita econtra.ſtatu
tum loquens de quaſi contractu, non habet locum in con
tractu vero,vt uolunt doc.in c.decet.de immu.eccl.in 6.&
Abb.in d.conſ.72.incip.in hac cã.in 2.col.vbi ét ad prædi
cta allegat Bar.in l.non dubium.C.de legi.& Io. Andr.in
regula,pro poſſeſſore.de reg.iur.in 6.in mercu. & in c.ſta
tutum.de elect.lib.6.cum autem verba legis,& ſtatuti in-
telligantur proprie,& non improprie,ut dixi:ergo uerba
legis,vel ſtatuti loquentia de occidente, nõ habebũt locũ
in



in mortaliter vulnerante:nam ille, qui eſt mortifere vul-
neratus,non dicitur proprie mortuus: ſed ille proprie di-
35 citur mortuus, a cuius corpore aĩa ſeparatur,† ſm gl.in
l.verũ.in §.fi.ff.pro ſoc.Et de prædicta qõne an iura loquẽ
tia de occidente habeant locum in mortaliter vulnerãte,
ſi vis latius videre vide Bar.Ange.& Mod.in d.l.dãni.in §.
ſabini.ff.de dam.inf.Bal.in l.non quemadmodum. ff.de iu
diciis.vbi dicit, ꝙ non poterit puniri de occiſo ante mor
tem,licet certũ ſit illum ex tali vulnere moriturũ, & Bart.
in d.l.ſi vulnerato. ff.ad leg.Aquil.& Bald.in l.itẽ Mela.in
§.Celſus.eod.tit.& Bal.in l.huic ſcripturæ. §.ſi ſeruus eo.
tit.& Bal.in l.bello amiſſi.ff.de excu.tut.& in c.1.in 1.col.
quibus mo.feu.amit.& in c.1.§.iniuria.in 8.col.de pa.iur.
fir.Et adde ꝙ proceſſus factus contra uulnerantem, non
36 † proderit,vbi agitur de occiſo, vt per Bart.in d.§.ſabinĩ
& per Bal.in d.l.ſi vulnerato. & in d.l.non quemadmodũ.
ff.de iudi.de quo etiam dixi ſupra in §.quoniam.nu.60.&
in §.ſequitur.nu.23.& dixi etiam in rub.extra de hom.Et
circa hanc materiam adde etiam no.verbum, videlicet,ꝙ
ſi vulnerans confitetur ſe occidiſſe, poterit pro tali confeſ
ſione,ſecuta morte confitens decapitari abſque alia pro-
batione.glo.eſt not.& ibi Ang.in l.qui Stichum.ff.de con
feſ.& firmat Bal.in d.§.iniuria.

Quæro etiam de alia qõne,videlicet,quid ſi uulneratus
37 ab aliquo,ab eodem mortuus fuerit,an teneatur †de uul
nere,& etiam de occiſo?in quo dicas, quod ſi talis uulne-
rans ex interuallo occidat,ꝙ hoc caſu de vulnere,& de oc
ciſo tenetur, ſecus autem ſi eodem impetu plura uulnera
intulerit,ex quibus mortuus fuerit: quia ſolũ de homi.te
nebitur.ita dixit Bal.per illum tex.in l.illud quæſitũ.§.1.
ff.ad leg.Aqui.& ſentit Bart.in l.nunquam plura. circa 4.
col.ff.de priua.deli.& Bar.in l.quod ait lex.ff.de adul.pro
quibus facit glo.no.in l.qui de crimine.C.de accu.quæ di
xit quod percutiens aliquem cum armis,non debet puni-
ri de percuſſione,& de portatione armorũ, ſed ſolum de
38 percuſſione. † & idem dicit Bart.in l.quemadmodum. in
§.illud ff.ad leg.Aquil.& Bar.in l.inficiando.in §.infans.in
fine.

ſi.ff.de fur.& Pet.Anc.in conſi.ſuo 272.inci.de titulis &c.
in pen.col.& Bald.in l. diuortio. in fin.2.colum.ff.ſol.ma.
& Ange.de Are.in tracta.malefic. in verbo, fecit inſultũ.
in 1.char.in ver. aduertas tu iudex. & ibi in addi. & in d.
tracta.in verbo,admonuit.in princi.de quo etiã per Ioan.
Andr.in addi.Specu.in titu.de homi.in rubr.verſi.uulgata
eſt quæſtio &c.& per Barto.in l.4.c.ad leg.Iul. de vi pub.
& per Alberi.de Roſa.in ſecũda parte ſtatu.qõ.26.& quæ
ſtio.34.& per Abb.in c.1.de pœnis & per Gandy.in tra-
cta.ſuo maleficio.in titul.de pœnis reorum.in 19.colum.
verſic. pone inſuper. & ibi etiam in 14. colum. in fin. &
per Bal.in lege quicunque.in prima colum.C.de ſer.fugi.
& per dom.Lud.Bol.in conſil.ſuo 8. in 6. colum.& ꝑ do.
Nellum in tracta.ſuo bãnitorum.in 3.parte ſecundi tẽpo.
qõ.58.inc.ſciendum eſt &c.de quo etiam dixi ſupra in §.
pro complemento.nume.38. Et ſcias circa prædictã quæ-
ſtionem præcedentem,ꝙ ſi contra me vulnerantem depo
nit teſtis, & dicit quod ego inſultaui, & mox vulneraui:
an hoc caſu debeam puniri de inſultu, & de vulnere?dic
ꝙ de vno delicto tantum debeo puniri, propter dictio-
39 nem Mox,† quę exponitur, ſcilicet, Incontinenti.ita vo
luit Bal.Ioan.de Imo.& Lud.Ro.in l. diuortio. in prin.ff.
ſolu.matri.& Imol.in l.quoties.§.ſi quis ita.ff.de hære.in-
ſtit.& Bal.in l.aduerſus.c.de fur.& in authen.ſed nouo iu
re.in 3.colum. C.de ſeruis fugiti. & Raph. in l. fructus.ff.
ſol.matri.Iſtud tñ limita nõ ꝓcedere, ſi teſtis dixiſſet:pri
mo inſultauit,mox vulnerauit: quia tũc veniret puniẽdus
de duobus delictis.ita dixit Bal. in d.l. quoties. in §.ſi quis
ita.ff.de hæret.inſti.Secũdo limita,niſi eſſet diuerſa pœna
inſultus,à pœna vulneris: qa tunc vnũ ꝑ aliud nõ cõfundi
tur.ita dixit Bar.in l.nunquã plura.in 4.colum.verſi. ſecũ
do pone.ff.de priua.delict.& Bal.in d.l. cum ancillis. in 3.
col.C.de ĩceſt.nup.Et de illa dictione Mox,vide pleiſſime
per d.Alber. cataneũ Bono. alias pręceptorem meũ in ſuo
no.trac.violãtes.in uerbo, ex interuallo.vbi plura no.po-
nit circa illam dictionẽ Mox, &c.
40 Vlterius etiã dubitari poteſt, nũquid de qualitate †vul
neris



neris,poſſit eſſe rogatus notarius,& de hoc cõficere inſtru
mentum: in quo dicas ꝙ non,niſi notarius, vel officialis
ad hoc deputatus.ita dixit Bal.ĩ rubri.C.de fide ĩſtrumẽ.in
7.colum.licet videatur aliter loqui Bart.in authen.ſi qs in
aliquo in 2.col.ver. hic aduerte. C. de eden. Sed iſta q̃ſtio
dependet ab illo dubio,videlicet,vtrum delictũ poſſit pro-
41 bari ꝑ inſtrumẽtũ:† de quo per Bar.in l.ſenatus.ff.ad Tur
pillia.& per Bald.in l.fi.in 3.colum.c.de probat.& in l.con
tra negãtẽ.C.ad leg.Aquil.& in l.obſeruare. C.quorũ ap.
non recipiun.& Bald.in c.cũ in eccleſiis.de maio.& obe.&
Ange.in l.diuus.in prin.de cuſtod.reo.& Ab.in cap.tertio
loco.in 5.col.de proba.per glo. in ca. fina. de iureiuran.in
6.per Bart.in l.non intelligitur in §.tacita. ff. de iure fiſci.
glo.in c.2.de uerbo.ſignifica.in 6.Ioan. Andr in regula,ſe
mel malus.de regulis iuris.ĩ mercu. Tãcre. de Corneto in
compendioſa ſua.in 1.qõ.& facit tex.& glo.ſecundũ Ioan.
de Imol.ibi in c.1.vt eccleſ.benefi.in 1.colum.& uide Lud.
Rom.in conſil.349. incip. dum quæritur &c.ubi dicit, ꝙ
crimen excõmunicationis põt probari per inſtrumẽtum.
& uide quæ latius dixi circa hoc in reper.mea.l. fi. in 58.
chart.C.de proba.Et per iſta pro nunc ſi expedita materia
uulnerum, & uulneratorum.aliqua alia dixi in tract.meo
bannitorũ in pleriſq; locis &c. Hippolytus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Incarceratus regulariter eſt fideiuſſoribus relaxandus, & in quibus caſibus fallat.nu.2.3.4.5.6.7.8.*

9 *Conſuetudo quòd valeat fideiuſſio, vbi agitur de pœna vitæ,vel membrorum mutilatione,an abroganda.*

10 *Iudex fideiuſſores minus idoneos pro capto acceptans, an poſſit reum iterum capere.*

11 *Reus fideiuſſoribus relaxandus, an datis pignoribus ſolis veniat relaxandus. Et quid ſi iudex noluerit acceptare. numero.* 12.17.

13 *Incarceratus indebite ſtatim relaxandus, non expectata alia interlocutoria.Et an æquiparatur iudicis autoritas.nu.*18.

*Incar-*

14 *Incarceratus de proximo relaxandus, non detinendus ſub arcta cuſtodia. Et quid de ſenibus & infirmis. nu. 15.*
16 *Incarceratus quando ſine fideiuſſoribus relaxandus.*
19 *Incarceratus omni die dicitur grauari, ideo tanquam a nouo grauamine poteſt omni die appellare.*
20 *Incarceratus an poſſit citari.*
*Et an poſſit contrahere. nume. 22 23.*
21 *Accuſatus de crimine capitali, quando poſſit per procuratorem comparere.*
24 *Incarceratus an dicatur, qui habet cuſtodes ne aufugiat. nu. 26.*
25 *Libertatẽ reſtituere qui tenetur, ab obligatione qualiter liberet.*
27 *Actus a carcerato factus an dicatur coactus.*
28 *Carcer eſt ſpecies torturæ.*
29 *Cõfeſſio vt dicatur metu tormentorum facta, an ſufficiat probaſſe detentionem, licet aliter non probetur tortura.*
30 *Pœna perpetui carceris æquiparatur morti.*
31 *Carceratus poteſt iuſtum metum allegare.*
32 *Incarceratus pro vna cauſa, an poſſit pro alia recommendari. Et quid de delicto nu. 33.*
33 *Incarceratus indebite an poſſit pro iuſta cauſa recommendari.*
34 *Recommẽdatio carcerati an poſſit fieri die feriata.*
36 *Fugiẽs de carcere aut fractor illius qua pœna puniatur. nu. 37. 38*
39 *Iudici non obſtante appellatione exequenti ſententiam capitalem, an poſſit de facto reſiſti.*
40 *Captus iniuſte ſi aliter non poſſit euadere, an debeat cuſtodes occidere.*
41 *Clerici an poſſint iniuſte condemnatum a morte de facto eripere.*
42 *Captus iniuſte ſi non frangit carceres, cũ poſſit, capite punitur.*
43 *Carceratus iniuſte quando quis dicatur.*
44 *Carceratus aufugiens de carcere habetur pro confeſſo. Et in quo fallat. nu. 45. 52.*
46 *Carceratus an aufugiat periculo Poteſtatis. Et quid ſi nulla ſit captura. nu. 47.*
48 *Pœna promittentis repræſentare carceratũ quid requirat.*
49 *Captum iniuſte a manibus familiæ eximens, an puniatur.*
50 *Accuſans volentem frangere carceres, an conſequi debeat liberationem.*

*Mortuus*



51 *Mortuus in carcere culpa cuius præſumatur mortuus.*
53 *Creditor qui debitorẽ capere fecit an poſſit petere tenutã bonorũ.*
54 *Cacer non ſoluit debitum, ſed burſa*
55 *Captura rei principalis an liberet fideiuſſorem.*
56 *Debitor priuſquam capiatur quid neceſſarium nu. 57.*
58 *Sequeſtratio bonorum in bonis alicuius, an poſſit fieri, quando offertur ſatiſdatio de iudicio ſiſti &c.*
59 *Captura, quæ poteſt fieri contra debitorem principalem, an poſſit fieri contra eius hæredem.*
60 *Hæres adiens hæreditatẽ cũ beneficio inuentarij, an euitet executionem in perſonam ſuam.*
61 *Carcerari propter quas cauſas quis poſſit.*
62 *Perſonæ capi quæ poſſint.*
63 *Mulier pro debito ciuili capi, an & quãdo poſſit. nu. 64. 65.*
66 *Meretrix carcerari poteſt.*
67 *Meretrix maritata an poſſit incarcerari.*
69 *Filiusfamilias an poſſit pro debito incarcerari.*
70 *Clericus an poſſit pro debito incarcerari.*
71 *Clericus an poſſit ex aliqua cauſa capi a laico, vt præſentetur iudici eccleſiaſtico.*
72 *Iudex obligatus eſt viſitare carceratos.*
73 *Cuſtodes an teneantur ad cuſtodiã, ſi vnus illorum cum carcerato aufugerit.*
74 *Creditor quando teneatur debitorem in carceribus alere.*
75 *Carceratorum cauſa eſt ſummaria, ſicut cauſa miſerabilium perſonarum.*
76 *Carcerari dicuntur miſerabiles.*
*Relicta carceratorum, dicuntur relicta ad pias cauſas.*
77 *Iudices capiendi poteſtatem qui habeant.*
78 *Iudex delegatus an poſſit facere capi aliquem.*

§. Attingam non immerito vltimo loco quotidianã, & practicabilem materiã capturę, & carceratorum: quoniam in agitationẽ cauſarum criminalium ſæpe contingit homines carcerari, vt experientia docet: ideo pro communi vtilitate verſantium in pala-

tiis

tiis aliqua adducam circa dictam materiam capturæ, &
1 carceratorũ. Et ideo ſcias pri. ꝙ regulariter carcerat⁹ † eſt
fideiuſſoribus relaxandus, ſecundum doct. in l. 1. ff. de
cuſto. reo. & in l. nemo dubitat. ff. de regul. iur. de quo etiã
per Ang. no. loquentem in l. 2. C. de exhi. reis. & in l. nemo
carcerem. C. de exact. tribu. lib. 10. & per Ludo. Roma.
in l. 1. qui ſatiſ. cog. et per Ang. de Are. in trcta. maleficio
rum. in uerbo, fama publica in materia capturæ. Iſtud
tamen fallit in pluribus caſibus, in quibus carceratus non
relaxatur fideiuſſoribus. Et primo fallit in cauſis crimina
libus, in quibus venit imponenda aliqua pœna corpora-
lis, vel corporis afflictiua: nam tunc reus non relaxatur
fideiuſſoribus, vt habetur per Bart. & alios in d. l. 1. ff.
de cuſto. reo. & in l. 2. ff. de pub. iud. & late per Angel. de
Aret. ĩ tract. malefi. ĩ verbo, fama publica. in verſi. decimo
quæro &c. cum verſicu. ibi ſequen. & in eo. tracta. in verſi.
ꝓ quibus Antonius fideiuſſit. ĩ prin. & in talibus caſibus
ẽt ſi reus daret mille fideiuſſores, nõ tamẽ debet relaxari,
ſecũdũ Bal. in l. eos. in §. ſuper his. C. de ap. imo ſi ĩ crimina
libus, vbi uenit imponẽda pœna corporalis, interueniret
2 † fideiuſſor, nõ ualeret talis fideiuſſio, ſecundũ glo. ſingu.
in c. cum homo. 33. q. 5. quam refert & ſequitur Angel. de
Are. in dicto uerbo, pro quibus Antonius fideiuſſit. ĩ pri.
uerſi. & ibi d. Aug. de Ari. in ſuis addit. Item fallit etiam
dicta regula in aliquibus caſibus, etiam vbi tractat̃ de pœ
na pecuniaria, in quibus reus nõ eſt relaxãdus fideiuſſori
bus. Prim⁹ caſus eſt quando reus à principio nõ uoluit da
3 re † fideiuſſores, ſed potius uoluit carcerari: ſed poſtea in
fine, quando ſentẽtia debet ferri, dicit ſe velle dare fideiuſ
ſores: nam tũc nõ debet audiri, nec debet fideiuſſoribus
relaxari, nõ obſtãte ꝙ pœna, quę uenit imponẽda, ſit pecu
niaria. ita ſingu. dixit Ang. in l. 2. C. de exhi. reis. ꝓ quo al-
leg. text. not. in l. 2. ff. de cuſto. reo. quod dictũ ꝓ not. refert
& ſequitur do. Aug. de Ari. in additio. ſuis ad Ang. Are. in
tract. ſuo malefi. in ver. pro quibus Antoni⁹ fideiuſſit pri-
ma additione. Pro quib⁹ faciũt optime quę ego dixi in ſin
gu. meo. 262. incip. ꝙ potui nolui &c. & in alio ſingu. meo





284. incipien. tolle moras &c. & iſta addere poteris his
quæ dixi in d. ſingu. meo. 272. Quibus adde tex. in c. 1. in
uer. quia ſi proclamare uoluit cur tã diu tacuit &c. de frig.
& malefi. & vide quæ dixi in l. patre vel marito. in 16. col.
ff. de quæſtio. & Iaſ. in §. fuerat. in 5. colum. inſti. de actio.
& in l. 1. in 6. colu. uer. item pro extenſione. C. quia dmit.
& in ſing. meo. 281. incipien. ſocius &c. & dicta per Alxã.
in conſi. 115. incip. viſa &c. in 1. colum. ad fin. in 7. volu. &
per do. Philip. Deci. conſi. 129. in 3. colum. ver. nam qñ epi
ſcopus &c. & Bald. in conſil. 391. incipi. proponitur ꝙ pro
pter in 2. uol. & Soci. in conſi. 81. inci. abunde &c. in 2. col.
uerſi. tertius & ultimus &c. & faciunt quæ dixi ſupra in. §.
diligẽter nu. 203. Alius eſt caſus, ĩ quo ẽt vbi uenit impo-
nẽda pœna pecũiaria, reus nõ eſt relaxãdus fideiuſſorib⁹:
4 qui caſus eſt quãdo ipſe reus ſponte cõfeſſus † eſt delictũ,
pro quo uenit imponẽda pœna pecuniaria: nã tunc nõ eſt
fideiuſſoribus relaxãdus. dixit Bal. in l. nullus. C. de exhi.
reis. quod dictũ pro not. refert & ſequitur d. Aug. de Ari.
in addit. ad tract. Ang. de Are. ſuper maleficiis. ĩ verbo, ꝓ
quibus Anto. fideiuſſit. in 1. addi. & idẽ dixit ipſe Ang. de
Are. in d. ſuo tract. in uerbo, fama publica. ĩ 9. char. ver. de
cimo quæro &c. de quo etiã dixi in l. vnius. in §. cogniturũ.
in 13. col. circa me. ff. de quæſtio. pro quo etiã faciunt opti
me dicta per Angel. de Are. ĩ tracta. ſuo maleficio. ĩ verbo,
præſẽte Gayo, & appellante. in 4. char. ver. an autẽ iudex
&c. & vide ſupra in §. poſtquã nu. 30. Alius eſt etiam caſus,
in quo reus nõ eſt relaxãdus fideiuſſoribus: licet pœna ſit
5 pecũiaria, videlicet, qñ eſt repertus † ĩ flagrãti crimine, &
captus eſt: nã tũc nõ eſt relaxãdus fideiuſſoribus. ita dixit
do. Augu. de Ari. in tracta. Angel. de Are. ſuper maleficiis. in
verbo, fama publica. ĩ 11. char. ĩ addi. magna inci. Tu autẽ
in hac materia adde primo &c. poſt princ. vbi dicit, quod
6 quãdo aliquis eſt inuentus cũ armis, † nõ eſt fideiuſſori b⁹
relaxandus, ad quod allegat Bal. in l. ſed ſi is. ff. de in ius vo
can. ſed Bal. in lib. meo. hoc non dicit, ſed imo expreſſe di
cit contrariũ. forte illud dixit Bal. in lectura antiqua, quã
vidi. Attamen ꝓ do. Auguſt. faciunt optime dicta p Inno.

in c.ut famę, de ſentē.excom. & per Flor.in l.4.ff. ad leg. Aquiliam.& per Ang.de are.in tract.ſuo maleſi. ī verſi.fama publica.in 10.char.in ver.nono not.&c.& per d.Ant. & alios in c.cū nō ab homine.de iud.& do.Fely.ī c.ſivero. il 1.de ſenten.excommuni.& ꝓ do.Alex. in l. ſi quis.ff.de fur.& faciunt optime dicta per Bal.in l.nullus.in fin.C.de exhib.reis.in verſi.aut quis eſt plene cōuictus &c.& faciūt dicta per me in l.vnius. in.§.cogniturū. in 15. col.et ff.de quæſtio.in quibus locis docto.loquuntur de reperto ī flagranti crimine: de quo reperto in flagranti crimine ego latius locutus ſum in repetitio. mea l. vnicæ. C. de rapt. virg.nu.88.& nu.93.94.&95.vbi videas.Alius eſt etiā caſus,in quo,vbi tractatur de pœna pecuniaria:reus tamen nō eſt fideiuſſoribus relaxād⁹, q caſus eſt quādo talis,qui
7 petit relaxari fideiuſſorib⁹ alias aufugit † de carceribus, quibus erat ꝓ tali, vel ſimili cauſa. nā hoc caſu nō debet relaxari fideiuſſorib.ſed debet detineri in carceribus.ita not.dixit gloſ.in l.lege Cornelia.ff.ad ſylla.quā ibi multū not.Ludo.Roman. & eā etiā ad hoc pro valde not. refert & ſequitur Alexā.in l.1.ff.de cuſto.reo.ī prima apoſtil.& do Auguſti.de Arimi.in addi.ad tracta.Angel. de Aret.in maleficijs.in verbo, pro quibus Antonius fideiuſſit in 1. addit.vbi etiam dicit pro hoc bene facere qđ not.Bartol. & Bald.in l.3.C.de epiſcopa.audien. & illam gloſ. etiam refert & ſequitur Angel.de Aret.in dicto tracta. ī verbo, fama publica.in 13.char. in verſicu. quarto notandū.vbi not.loquitur.de quo etiā per domi.Auguſt.ī addi.Pro q-bus faciunt optime quæ ego dixi ī ſing.meo 74. incip.tu habes regulam &c. vbi poſui plura circa materiam regulæ,ſemel malus.de regulis iuris.in 6. & in l.maritus in 6. colū.in verſi.modo quæri poteſt &c.ff.de quæſt. vbi ſimiliter plura poſui circa materiā dictæ regulæ,ſemel malus. Addo etiā ꝙ forte poſſet dari alius caſus,ī quo reus nō eſſet fideiuſſoribus relaxādus,etiāvbi tractatur de pœna pecuniaria,videlicet,ī caſu, quo reus eſſet captus ꝓ crimine falſi,& pœna eſſet pecuniaria ex forma legis,vel ſtatuti:nā tale crimē falſi eſt enorme,& propter eius enormitatē ha

bet



8 bet aliqua ſpecialia vltra alia crimina: vt † ego dixi ī ſing. meo 143.incip.crimen falſi &c.& habetur per do.Nell.in tract.bannitorum. in 3. parte ſecundi temporis.in quæſt. 12.& quæ ego dixi in l.1.§.ſi ſeruus.in 3.colum. in fi.ff.de quæſtio.Et ſcias ꝙ illud,quod dixi ſupra, quod non valet fideiuſſio facta pro aliquo,vbi agit de pęna vitæ,vel muti-
9 lationis membrorum,eſt verum:tamē hoc fallit,† niſi cōſuetudo eſſet in contrariū:quia tunc valet talis fideiuſſio. ita dixit gl.ſing.d.c.cum homo.24.q.5.quam refert & ſequitur Lud.Roma.in ſingu.ſuo 128.incip.tu ſcis ꝙ in cauſa criminali &c.& do.Auguſt.de Ari.in trac.Ange.de Are. ſuper maleficiis.in verbo, pro quibus Ant. fideiuſſit in 1. addit. Item ſcias etiam, quod ſi iudex maleficiorum pro capto acceptauit fideiuſſores nō idoneos & captū relaxa-
10 uit,† ꝙ nihilominus poterit iterū reū capere,& facere qđ iterū præſtet fideiuſſores: quibus præſtitis primi fideiuſſores ēt ſunt obligati.ita dixit Bal.in l.1.in 1. col.ff.ſi quis in ius voc. non ierit. quod dictum refert & ſequitur do. Aug.de Ari.in addi.ad trac.Ang.de Are.ſuper maleficiis, in verbo,fama publica.in 11.char.in addi.incip.tu autem in hac materia adde primo,quod licet &c.circa fine.illius Addi.Scias etiam ꝙ in caſu,in quo reus poteſt relaxari fideiuſſoribus: poterit ēt relaxari ſine fideiuſſoribus, dum
11 modo ipſe reus † det pignora,quæ loco fideiuſſoris ſubrogātur,ita notāter dixit Bal.in l.1.ff.q ſatiſd. cog. & voluit glo.& ibi Pau.de Caſt.in l.more Romano.ff.de feriis.Quinimo dixit Bar.in l.ſi vero.in §.q ꝓ rei qualitate.in 3.not. ff.qui ſatiſd.cog.ꝙ ſi reus,qui dēt relaxari datis fideiuſſoribus,vult dare pignora loco fideiuſſorū, & iudex nō vult
12 eū † relaxare,ꝙ poterit agere cōtra ipm actione iniuriarū quod eſt no.Adde ēt,ꝙ carceratus pro delicto, vel ꝓ debi
13 to ciuili,dēt ſtatim relaxari,cū † conſtat eū non deliquiſſe vel debitorē nō eſſe,nō expectata alia īterlocutoria. ita ꝓbat tex.ī l.2.C.de exhib.reis.in fi.quē tex.ita intelligit, & ad hoc alleg.Ludo.Rom. in l.2.in 4.col.ff. ſi quid in ius voc.non ierit & Iac.But.Bar.& Bald.in l.ſed etſi is.ff.de in ius voc.& Alexā.in conſil. ſuo 179.incip.in cauſa angelo-



rum

rum,in penult.colum.in princ.in 2.volu.l.1.ff.de cuſt.reo.
in 2.appoſt.pro quo etiam allegat dicta per Barto.in l.qui
vir.ff.de pœn.Et ſcias etiam circa hanc materiam,ꝙ carce
14 ratus,qui de ꝓximo eſt relaxãdus,nõ eſt detinẽdus,† nec
cuſtodiendus,ſub tam magna & ſtricta cuſtodia,prout an
tea.ita dixit glo.in l.ſi pecuniã,in §.ſi acceperit. in verbo,
carcere,ff.de condi.ob cauſam.& ibi doc.& Lud. Rom. in
l.in lege.ff.ad ſyll.de quo etiam per Iaſ.in d.l.ſi pecuniam
15 in d.§.ſed ſi acceperit.Et idem dicas in ſene,† & ĩ infirmo
carceratis qui non ſunt ita ſtricte cuſtodiendi, ſicut iuue-
nes,& ſani ſecundum glo.& docto.in l.ſi vt certo.in §.1.ff.
commoda.& ſcias ẽt,& ſemper menti habeas, ꝙ licet vbi
tractatur de pœna corporali imponenda,non ſit reus fide
iuſſoribus relaxandus,vt iam ſatis ſupra dixi: attamẽ talis
reus quandoq; eſt relaxandus ante ſententiam,ẽt ſine fide
16 iuſſoribus:& hoc euenit † quando ante ſententiam appa-
ret ipſum omnino eſſe abſoluendum:vt qñ eſt publicatus
proceſſus.ita no.dixit Bald. in l.ſed etſi is. ff. de in ius voc.
vbi dicit de hoc eſſe tex.in l.nullus.C. de exhiben. reis. in
ver.donec repererit &c.& ibi Bal.& idem dixit Bal.in l. ſi
quis poſt accuſationem.ff.de teſtam.ꝓ quo eſt bonus tex.
in l.qui pęnæ.§.1.ff. de manumiſ.& hoc etiam firmat Lud.
Rom.in ſing.ſuo 490.incip.accuſatus de crimine capitali
&c.quod eſt ſing.notan.in practica. Nam quando es aduo
catus alicuius accuſati,vel inquiſiti de crimine capitali: &
patet ex proceſſu,ꝙ ipſe venit abſoluendus & liberandus:
vt quia plene probata eſt innocẽtia ſua : certe hoc caſu tu
potes petere a iudice,vt dictũ reũ relaxet de carceribus,ẽt
antequam ſit liberatus diffinitiue per ſñiam:& iudex tene
tur eum relaxare ſecundũ Bal.in dictis locis. Et ego alias
hoc pluries practicaui,& obtinui in contingentia facti. Et
hanc partem tenuit d.Bene.de plumbino.in d.l.qui pęnę
§.1.ff.de manumiſ.quẽ refert & ſequit̃ Iaſ.in l.naturaliter
in prin.in 22.col.in verſi.tu confirma concluſionem Bart.
&c.ff.de acquiren.poſſ. vbi alia plura adducit pro hac do-
ctrina.pro qua etiam faciunt quæ dixi in ſing.meo 106.in
cip.qui de proximo eſt cingendus &c.Et ſcias etiam quod
quan-



quando reus eſt fideiuſſoribus relaxandus,ſi iudex nõ vult
17 eũ relaxare,† poteſt cõtra eum agi actione iniuriarum in
ſyndicatu,ſm Ang.de Are. in tract.maleſi.in uerbo, pro
quibus Anto.fideiuſſit.verſic.& not.ꝙ ſi aliquis &c.alleg.
Bar.ĩ l.ſi vero ꝓ condemnato.§.1.ff. qui ſatiſd.cog.de quo
ẽt dixi ſupra,in §.ꝓ cõplemẽto.nu.32. ad quod etiã vide,
quæ dixi in repe.mea rub.ff.de fideiuſſor.in 31.quæſt. Itẽ
ſcias ẽt, ꝙ ſi aliquis fuit indebite carceratus non ſeruata
forma ſtatutorũ,adeo ꝙ debeat relaxari incontinenti:de-
bet tamen hoc fieri autoritate iudicis,& non ꝓpria auto
18 ritate † cuſtodis carcerũ,vel alterius,ſecundũ Pet.de An-
cha in conſi.ſuo.341.incip.viſo trhemate &c.in fi.& Ang.
de Aret.in trac.maleſi.in verbo, fama pub.in 14.char.ver
ſi.& aduertas tu iudex.& Ioan.de Ana.quem vide in conſ.
ſuo 53.incip.viſis &c.ante.fi. de quo etiam dixi ſupra in §.
opportune.nu.19.Vlterius ſcias,& menti habeas,ꝙ carce
19 ratus omni die dicit̃ grauari,† & ideo tãquam a nouo gra
uamine poteſt omni die appellare,ſecundum.Specu.in tit.
de appel.in §.reſtat.verſi.& no.& ver. & quid dices &c. &
voluit glo.in ſimili & ibi doct.in l.2.C.de ſerui.& aqua.&
Bal.in l.2.in 2.col.in fi.ver.ſecundo quæro.C.de epiſ.aud.
& in l.1.C.ſen.reſcin.non poſ.& d.Philip.de Peruſio.in c.
ſuper eo.in 2.col.de appel.& in c.ex parte.eo.tit.in 1.char.
de quo etiam per Bart.in l.2.ff.ſi quis in ius voc.non ierit.
& per eundem Bart.in tract.ſuo de carceribus.in 2.col.in
prin.& Bal.in addi.Spec.in tit.de app.in verſi.a grauami-
ne &c.& in verſic.ſi iudex &c.& per Bald.in c.de teſtib.ex
tra de teſti.& per do.Anto.& Iaon.Imol.in c. cauſam.de
elect.& per Ioan.Andr.in c.dilectus.el 2. de rapto. & per
Ang.in authe.hodie.C.de appe.& per d.Ant.in c.fin.in 4.
col.de feriis.& per Alex.ſatis late.in l.inficiando. in §. in-
fans.ff.de furt. & in l.1.§.1. ff. de feriis.& in l.eum qui.§.in
popularibus.& ibi Pau.de Caſ.poſt.gl.ff.de iureiur.& per
Angel.de Aret.in tract.ſuo maleſi.in verbo,qui iudex di-
ctum Gayum detineri,& carcerari iuſſit.in penult.col. in
verſi.quæro aliquis captus eſt &c.& ꝑ Card. Alexan. in c.
ex parte tua.in 1.& 2.colum.de appel.& per Iaſo.in l. exi-

 gendi.

gendi.in 3.col.de procu.& per d.Fely.in c. exceptionem. in 7.col.verſi.fallit tertio.de excep.& per eundem. in c.accedens.el ij .in 7.col.vt lite non conteſta. vbi latiſſime loquitur in materia iſta.& adducit plura ſimilia.Dicit enim idem dicendum eſſe in exceptione loci ſuſpecti : quia hēt grauamen ſucciſſiuũ.& ideo talis exceptio poteſt quandocunque opponi,ita tenet ſecũdũ eum Spec.in tit.de citatione.in §.1.in ver.quid ſi reus.& do.Ant.& Io.de Imo.in c.exceptione.de excep.& Ludo.Roma.in l.recuſare.in §.ſi quis alio.ff.ad Treb.& Io.Imo.in cle.1.in 2.col. poſt Paul. ibi de fo.compe.Item adducit etiam Ang.poſt Bal.in l.1. in prin.ff.de feriis,vbi dicit ꝙ citatus tempore feriarũ,qui in prima comparitione nõ oppoſuit: põt tamē in ſecunda opponere de feriis.alle.ēt ipſe d.Fely.Bal.in l. elegãter ĩ §. ſi quis poſt,in 2.col,ver.quæritur q̃d ſi poſt litē.ff.de cõdi. indeb.in appoſt.vbi dicit,ꝙ licet delatoria ſuperueniens poſt litē cõteſtatã dēat incõtinēti opponi.c.inſinuante.de of.deleg.tñ fallit ĩ exceptione habēte cãm cõtinuã,& ſucceſſiuã,vt qđ nõ audiat bãnitus.& dicit ibi Bal.ꝙ ſunt aurea verba Iac.Butr.ibi:adducit ēt d.Fely.in d.c. accedēs.Lapũ.alleg.88.incip.cõe Florētiæ &c.4.col.vbi dicit ꝙ ſemel tractus vltra vnã dietã , qui in illo actu non oppoſuit,põt in alio opponere.Itē adducit.do.Anto.in c.ex parte.in 12. col.de reſti.ſpo.vbi dicit,ꝙ qñ lęſio quotidie originat̃, ut in cã matrimoniali,in qua quotidie fit offenſio animę,ſēper põt peti reſtitutio in integ.ēt poſt quadriēnium.Item adducit Bal.in l.vis eius.circa me.C.de proba.vbi dicit, ꝙ licet defenſio nõ fiat ex interuallo: tamē durante offenſione continua poteſt fieri defenſio , & dr̃ incontinenti propter offenſionem hodie imminētem.adducit etiam Bal.in c.in literis.in 1.col.de reſtitu.ſpolia.vbi dicit,quod hoſtes publici,qui latrocinando inuadunt caſtra aliena , poſſunt expelli etiam ex interuallo , cũ ſint in perſeuerantia delicti.& ad hoc not.gl.ſing.ibi ad hoc,ꝙ dicit ēt videndũ eſſe tex.& ibi Bar.in l.3.in §.cũ igitur.ff.de vi & vi arma.cũ cõcondã.de quibus ibi ꝑ Alex.in apiſt.Itē adducit ēt d. Ant. in conſi.ſuo.22.incip.uiſis punctis.in 3.col.vbi propter di

cta



cta docto.in c.dilictus.de reſcrip.el 2.attentauit dicere, ꝙ prælatus,qui recepit penſionem rei male alienatæ ab emphyteuta,poteſt hodie deſiſtere,& priuare eum , quaſi ēt hodie re s ſit conducta:& dicit videri quaſi caſum in c.potuit,de locato,vbi imponitur pęna emphyteute,niſi celeri ſatisfactione ꝓuideat.ergo pęna nõ ſolũ ſurgit ex momento alienationis,ſed ēt ex contumacia nõ corrigentis errorē,de quo dicit in ſpecie videndum eſſe Bald.& Imol.in l. Meuius.§.duobus.ff.de leg.2.& Imo.in d.c.potuit.in 3. colum.Iſta ſupradicta omnia refert do.Fely.in d.c.accedens. el 2.in 6.col.vt lite non conteſt. Ego aũt vltra eum adduco.in ſimi.not.verbum Ang.in auth.de inſtru.cau.& fide. in §.in his vero.in fin.vbi dixit no.ſingulariter ex fine huius glo.ꝙ ſi tu produxiſti contra me inſtrumentũ, in quo cõtinebatur aliquid annuũ me tibi debere dare:ꝙ licet vigore dicti inſtrumenti fuerim tibi cõdemnatus ad primã, vel ſecundã annuam præſtationem,ex eo quod non oppoſui aliud cõtra dictum inſtrumentum: quod ſi vigore dicti inſtrumēti tu agis cõtra me ad alias præſtationes,annuas, quę in d.inſtrumento continentur,ꝙ ego poſſum opponere contra dictũ inſtrumentũ,&ipſum negare publicum,& publica manu ſcriptum:qđ eſt not.& iſta ſunt quę præſentialiter mihi occurrunt circa iſtud grauamen ſucceſſiuũ.

Modo vlterius circa hanc materiã carceratorum quæri
20 põt,an carceratus poſſit citari?† in quo Bar.& Saly.in l.2. ff.de in ius voc. dicunt ꝙ talis carceratus non poteſt citari:& ſi citatur,talis citatio nõ valet.& idem tenet Paul. de Caſt.in conſi.ſuo 12.incip.viſis actis & actitatis in captura Thomaſii &c.in fi.& Bar.in conſi.ſuo 228.incip.Catharina accuſauit Ritã &c.Sed contrarium tenet Bart. & melius ſecundum Iaſ.in d.l.2.in l.is qui reus. in vlt.col.ff. de pub.iud.per gl.fi.ibi in fi.vbi dicit , ꝙ imo carceratus põt citari,& dēt comparere per procuratorem . Item Paul.de Caſt.in d.l.2.ff.de ĩ ius voc.& in l.quæſitũ.ff.ſi quis cautio. dicit ſe vidiſſe de hoc dubitari Florētię , vbi multoties ꝓcedit cõtra eos,q ſunt in carcerē:& tenet ꝙ ſi ſit iuſte carceratus,& habeat facultatē comparendi per procuratorē:

 quia

quia ibi ſit copia ꝓcuratorũ,qđ tunc ſit vera opinio Bart. in d.l.is qui reus,ſed altero iſtorũ deficiente,procedi opi. Bar.& aliorum in d.l.3. ff. de in ius voc. Et dicit Iaſon.in d.l.2 in vlt.col.ꝙ idem punctualiter tenet.do. Franciſ. de Are.licet non faciat mentionem de Pau.de Caſt.in conſil. ſuo 132.incip.conſultiſſime domine &c.& dicit Iaſon.vbi ſupra, ꝙ pro hac parte facit text. in l. idemque. in princ. ff.pro ſocio.ꝑ quem not. ibi Bart. ꝙ vbicunq; lex dicit,ꝙ aliquis debeat mittere procuratorem, debet intelligi, ſi erat ei facere inuenire idoneum procuratorem. & dicit Iaſ.tenendum eſſe contra Bar.in d l.2.& dicendũ eſſe, ꝙ ille,qui eſt in carcere, poſſit citari:& debet cõparere per procuratorem:vt eſt gl.in l.2.C.ex quibus cauſis maio. & dicit quod ita etiam tenet Bal.& Ludo. Roma. in d.l.2.& Bald.in c.dilecti.in 2.col.de appel.& in l.nemo carcerem. C.exac.tri.libr.10.& in l.ab eo.in 2.colu.C.quomodo & quando iud.& Ange.in conſi.66.incip.ſtatutum ſeu ordinamentum &c.ita reſidet do.Iaſ.in d.l.2. ff. de in ius voc. Et ſic in hac quæſtione communis concluſio eſt,quod carceratus poteſt citari,& debet comparere, per procuratorem,quãdo iuſte eſt carceratus.Ex qua cõcluſione ego nouiter affirmo illud,qđ dixi ſupra,in §.ſequitur.nu.31.cum pluribus numeris ibi ſequentib. vbi dixi quod accuſatus
21 † nec inquiſitus de crimine capitali, contra quẽ proceditur,ſi eſt ab aliquo alio iudice carceratus ex aliqua cã,poteſt tunc in cauſa criminali accuſationis, vel inquiſitionis cõparere ꝑ ꝓcuratorem ſm Ange.per illum text.in l.eos in §.ſuper his.circa fin.C.de appel.de quo latiſſime dixi ſupra,in d.§. ſequitur,nu.31.cum ſequent.ibi.
22 Vlterius quæro an carceratus poſſit cõtrahere, † vel ſe obligare,dum eſt in carceribus? in quo dicas remiſſiue loquendo:ut per doct.in l.qui in carcerem.ff.quod met cau. & per Bartol.in l.qui neque.in §.ſolutum.ff.de verb.ſig. & per Angel.in l.nemo carcerem.C.de exac.tribut.lib.10.& in diſpu. ſua,incip.renouata guerra. Bald. in l. vnica.in 3. char.C.de confeſſ.Ang.de Are.in tract.maleficio.in verb. qui iudex dictum Gayum detineri,& carcerari fecit.in vltima





tima col.verſi.an autem carceratus,& ibi Augu.de Arimi. in additio.& doct.communiter in dictis locis tenent,ꝙ nõ valeas contractus factus a carcerato regulariter.

Quod tamẽ fallit in aliquibus caſibus: & primo niſi cõtrahat cum alio,ꝙ cum illo, qui fecit eum carcerari: vel ſi cum illo,non ſit indebite carceratus:nã ſi eſt debitus carceratus,valet cõtractus ẽt cum illo, qui fecit eum carcerari,ſecundum Bar.in d.l.qui neq; in §.ſolutum.ff.de ver.ſigni.& in d.l.qui in carcerem,ff.ꝙ met.cau.Item fallit,niſi in vtilitatem ipſius carcerati fieret contractus: vt puta ꝑ
23 eo excarcerando, † quia tunc valeret talis contractus, ſecundum Bal.ſin.in rubric.C.de reſcin.vend.ante fin.verſ. item requiritur quod ille &c. Item fallit,niſi contractus qui fit,ab ipſo carcerato.ſit iuſtus:quia tunc valet ſecundum Bal.in tracta.ſchiſmati.in 12.colum.& in l.1. in 1.colum.ad fin.verſi.reuoco igitur in dubium &c.C. ſi quis aliquem teſtar.prohibuerit, vel coegerit. Et in materia vide etiam Bart.Bald.Angel.& Ioan.de Imol.& alios in l.qui a latronibus.ff.de teſtam.Bald.in l.necnon.§.1.ff. ex quibus cau.maio.Bald.in l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſc.& cler. & vide Bald.in l.ab eod.in pen.col.in verſi.ex his apparet. C.quomodo & quando iudex.vbi not.loquitur. Sed iuxta
24 prædicta poteſt dubitari,† an ille dicatur carceratus, qui per modicum ſpacium,& per modicam diſtantiam relaxatur de carceribus:ſed tamen habet pœnes ſe ſemper cuſtodes,vt aufugere nõ poſſit vt quotidie fieri videmus.In quo dicas ſecundum d.Abbat.in c.accedens.extra de procu.qđ non valet contractus factus a tali carcerato qui eximitur de carcere, & ſtatim facto contractu reponitur in ipſis carceribus quia non dicitur relaxatus,ſed imo magis carceratus dicitur & dicit ibi ipſe Abba.iſta formalia verba vide licet. Tertio nota & tene menti,quod is qui tenetur ali-
25 quẽ reſtituere libertati,nõ liberatur† ab obligatione ſimpliciter illũ relaxãdo in ſuo territorio:ſed debet illũ facere ſecure cõduci extra territorium ſuum ad locũ,vbi poſſit ſecure morari.nam cũ eſt ĩ territorio aduerſarii,nõ dicitur eſſe in ſua libertate,cũ poſſit de facili retineri.argu-

mentum eſt optimũ in c.fin.de reſtit.ſpolia.& in l.libera-
26 tionis.cum l.ſequent.ff.de verb.ſigni.vbi tex.no.dicit,† ꝙ
non dicitur liberatus,qui relaxatur a vinculis,ſed cuſtodi
tur in publico,& facit hoc contra prædictam , quã ſolent
pleriq; adhibere:nam ſi detentus in carcere vult aliquem
contractum facere,faciunt ipſum extrahi a carceribus, &
ibi cuſtoditur per familiam : nam certe non poteſt dici
liberatus vt hic; & in d.l.liberationis.cũ l ſequen. & not.
Bar.in d.l.qui in carcerem.ita formaliter dicit Abb. in d.
c.accedens.3.no. de procura. quam doctrinam refert & ſe
quitur d.Fely.in c.innouamus.de treu.& pac.circa prin. ꝓ
qua facit optime text. in l. ſuccurritur.ff. ex quibus cauſis
maio.vbi dicitur,quod qui aliquo modo diſtringiť vt eua
dere non poſſit;dicitur carceratus.& facit qđ voluit Bal.
in l.fi.C.de poſtlim.reuerſ.in verſi. collige vbi dicit quod
ille dicitur detineri inuitus,qui non permittitur abire, &
ad propria redire.& faciunt etiam dicta ꝑ Alexan.in l.ſi vt
certo.in §. cuſtodiam.ff.commo.& per Angel.in d.l.qui in
carcerem.ff.quod metus cã. Contra prædicta tamen vide
tur facere gl.in l.fi.C.de decurio.lib.12.quæ dicit, ꝙ poſi
tus ſub cuſtodia,ſi non teneť ſtrictus,non dicitur carcera-
tus.Tamẽ Card.Alex.in c.ſuper eo.in 2.col.de appel.in fi.
dicit,ꝙ cõtra dictã gl.faciunt dicta per Ang. in d.l. qui in
carcerẽ.& dicta per Ioan.de Imol.in l.qui a latrinibus. ff.
de teſta.& per Ioan.And.in c.2.de ſent. excõ.& ſic Card.
Alex.in d.c.ſuper eo.non tenet dictam gl. ſed potius eam
improbat.de qua materia vide etiam Ang.de Aret. in tra
cta.ſuo maleficiorum.in verbo,qui iudex dictũ Gaium de
tineri,& carcerari iuſſit.in vlt.col.in verſi.& aduertas &c.
& ibi etiam in vlt.verſ.& ibi in addi.& vide etiam Angel.
de Aret.in d.tracta.in verbo , fama publica.in 14.char.in
verſi.quinto etiam aduertant &c.circa fi.& Iaſ. in §. rur-
ſus.in 9.col.inſtit.de actio.& do.Philip.Dec.in conſi.219.
incip.viſo puncto.in 3.colu.verſic.quarto beneficit &c.&
Corſet.in not.in verbo,cuſtodia.

27 Scias vlterius qđ actus factus a carcerato † non dicitur
28 actus ſpontaneus,† ſed potius meticuloſus , ſeu coactus :
quo-



quoniã carcer eſt ſpeices torturæ ſm Bal. in l. ſi clericus.
in 2.col.verſi.primo quæritur.C. de epiſco. audi. & Bald.
in l.1.C.qui ad li.perue.non poſ. vbi dicit, ꝙ mortuus in
carcere , dicitur mortuus in cruciatu. Et ideo dicimus ꝙ
ſufficit probare quẽ fuiſſe detentum, licet aliter non pro-
29 betur tortura,ad † hoc vt dicatur cõfeſſio facta metu tor-
mentorum,ſecundum Barba.in c.ſi conſtiterit,in 5.col.ex
tra de accuſ.Pro quibus faciunt optime quæ ego dixi.in l.
1.in §.diuus Seuerus.in 1.colũ. ff. de quæſtio. & dicta per
Alex.in conſil.ſuo 275.incip.viſo themate.in vlti.col.vbi
omnino vide.& faciunt etiam quæ dixi in conſi. meo 18.
incip.requiſitus vt dicam &c.in 1.char.in ver.& licet ipſe
Petrus.& quæ dixit do.Philip. de Peruſio in c.ſuper eod.
in 1.colum.de appella.Et vide Do.de ſancto Geminia. ſin
gu.loquentem in conſil.ſuo 15.incip. Reuerend. pater. in
4.colum.verſic.ſuper ſecundo dubio &c.vbi inter alia fa-
cientia ad hanc materiam dicit,quod detentio,quæ fit in
aliquo loco inuito detento,dicitur continere cruciatũ cor
poris.& vide quę dixi ſupra in §.expedita.nu.11.& ibi nu.
13.& nu.15.quæ omnia teneas menti propter confeſſio-
nes reorũ detentorũ,ſeu carceratorũ: quia licet non fiant
realiter cũ tortura,tamen non dicũtur ſpõtaneæ,ſed poti⁹
coactæ,& meticuloſæ.Nã nemo eſt ita ſimplex, & fatuus,
qui cõfiteatur ſponte & ſine aliquo metu illud,qđ condu
cit eũ ad mortem,vt dicit Alex.in d.conſi. ſuo 275. incip.
viſo themate &c.ante fi. Et vide omnino quæ ego dixi in
l.1.in prin.in 12.col.verſi quinimo dico.ff.de quæſt. & vi
de Bal.in l.imperium.ff.de iur.om.iud. vbi dicit , ꝙ pœna
30 perpetui carceris æquiparat † morti.ad quod alle.Inn.in
c.qualiter & quãdo de accuſ.quos refert & ſequiť d. Aug.
de Ari.in trac.Ange.de Are.ſuper maleficiis,in verbo,fa-
ma publica.in 14.char.in ſecunda addi.& vide ẽt Specu.in
tit.de his q̃ vi met.cau.fiũt.in §.1.in ver.actor. &c. vbi di-
31 cit, ꝙ carceratus † põt allegare iuſtũ metum.quod eſt no.

Quæri ẽt põt,an carceratus pro aliqua cauſa ciuili , vel
32 criminali † poſſit ꝓ alia cã in carceribus recõmendari?In
quo dicas,ꝙ carceratus ꝓ debito fiſci,põt ꝓ debito priua
ti re-

ti recõmendari,ſcdm Bar. in trac.ſuo de carcerib. in vlti.
col.ad qđ alleg.text.in l. quoties.C.de exac. tribu.& no.ĩ
l.ſaccularii.ff.de uar.& tex.cog.Et ibi ſubdit,qđ carcerat⁹
ꝓ debito,põt ꝓ delicto recõmẽdari,ad qđ alleg. no.ĩ l.3.
ff.de cuſt.reo.& idẽ dicit ecõtra,vꝫ, ꝙ ſi eſſet carceratus
ꝓ delicto,ꝙ poſſet ꝓ debito recõmẽdari.Quærit poſtea
33 ipſe Barto.an carceratus † ꝓ vno delicto, poſſit pro alio
delicto recõmendari? in quo facit quandã diſtinctionẽ, de
qua ibi per eum.Sed dubitari poteſt,an carceratus iniuſte
34 † poſſit pro iuſta cauſa ibi recõmendari? de quo late per
Bartolum qui arguit multũ ſubtiliter ad partes in quæſt.
ſua incip.Lapus carceratus. & vide Bartol. & Angel.in l.
cum vnus.in princip.per illum tex.ff.de bo.auto.iudi.poſ.
& Sali.in l.fin.C.eod.titu. in fine. & Bald. in authẽ.ei qui
iurat.in 4.col.eod. titu. & Bald.in l. legata inutiliter.ff.de
lega.1.& ĩ l.quicunqꝫ.in prin.ff.de in ius vocand.& Alexã.
in conſil. 158.incipien. circa primũ dubium, in vlti.col.&
Barto.in conſi.ſuo incip.an poſitus in carceribus.& in l.fi.
ff.de bo.poſſeſ.cõtra tab. & ĩ l.2.in §.exhibẽdi.ff.de cuſto.
reo.& in l.ſed eximendi.in §.item ſi quis.ff.ne quis eum q
in ius voc.Bartol.& Bald.in l.penul.§.fin.ff. qđ met.cau.&
per dom. Alber.de Cataneis excellentiſſimũ doct. Bono-
nienſem.in l.1.in 2. col.in ver. itẽ infertur.C. de Carbo.
edic.& ꝑ Ang.ĩ l.ſi vacãtia.C.de bo.vac.& in l.nemo carce
rem.C.de exact.tributo.in pœnul. col. Item de hac mate
ria vide Barto.in l.ſi cui.in §. fina.ff.de accu.& Raph. poſt
alios in l.1.ff.nil no.ap.pen.& Bald.in l. quia pleriqꝫ.ff.de
in ius uoc.Ang.in l.2.in §.fin.ff.de cuſt.reo.Bald. in l.pen.
& fina.ff.quod met.cau.Ange.de Aret.in tract.malefic.in
verbo,fama publica.in 10.charta, in verſic.7.not. &c.An
35 autem talis † recõmendatio poſſit fieri die feriata? Bal.in
auth.ei qui.C.de bo.auto. iudi.poſſit.in 4. col. verſic.quæ
ro,dictat ſtatutum &c.tenet ꝙ nõ quẽ refert & ſequit᷑ Ale
xan.in conſi.ſuo 158.incip.circa primum &c.in 3. colum.
in 2. uolu . ubi plura alleg. de quibus ibi per eum. Quæri
etiam poteſt vltra præmiſſa, qua pœna puniat᷑ fugiens de
36 † carcere: in quo dicas, ꝙ punitur pœna mortis . Ita dicit
text.



text.in l.1.circa princ.ff.de effract.& expila. & habetur in
l.in eas.ff.de cuſt.reo.& eſt tex. in l.milites argum. in §.cũ
tamẽ.ff.de re mili.& voluit Bar.in trac.de carceribus.in 3.
col.de quo etiã per Ange.de Are.in tract.maleficiorum,in
ver.fama publica in 9. char.& ibi ĩ 1. addi. vbi ad hoc etiã
alle.Saly.in l.1.in 7.no.C.de fal.mo. & alia, de quibus ibi
per eum. Sed prædicta intelligas in frangente carceres, &
poſtea fugente,nam talis punitur pœna capitis. Sed ſecus
puto eſſe in carcerato,qui reperit oſtiũ apertũ,& tũc aufu
37 git, † quia talis mitius punitur. per tex.in d.l.1.§.1.ff. de
effrac.& expil.& voluit Bar.in d.tract.de carceribus. in 3.
colum.de quo etiam per Raph.in conſi.ſuo 105.inci.caſus
&c.Item intellige etiam prædicta eſſe vera,& locũ hebere
38 ĩ carcerato iuſte & debite.† ſecus autẽ puto eſſe ĩ incarce-
rato indebite & iniuſte,qa ſi talis iniuſte & indebite carce
ratus frangit carceres,& aufugit,nõ cadit in penã prædi-
ctam. Et ad hoc dicendum moueor ex dictis & allegatis ꝑ
do.Aug.de Ari.in addi.ad tracta.Ange.de Are. ſuꝑ malefi
cijs.in ver.fama publica,in 13.char.in vlti.addi. quem vi-
de.Item moueor etiã ex ſing.doctrina Inno. in c.ſi quãdo.
de offi.delega.quam pro ſing. refert & ſequitur Bald. in l.
39 addictos.in 2.col.C.de epiſ.aud.vbi dixit,ꝙ ſi reus † cõdẽ
natus appellat:vel eius amici,& affines pro eo,& nõ obſtã
te appellatione iudex vult exequi ſententiã ſuã capitalẽ,
ꝙ hoc caſu poterit ſibi reſiſti de facto,cum iniuſte ꝓcedat.
de quo etiã dixi ſupra,in §.diligenter.nu. 53. Et dixit not.
do.Paris de Puteo in tract.ſuo ſyndi.in 25.char. in 3. col.
40 & ibi in 81. char . in 3. colum . † ꝙ ſi iniuſte captus non
poteſt aliter euadere,licitum eſt ſibi occidere cuſtodes car
ceris:nec tenetur de homicidio.allegat ad hoc tex.in l.ni-
hil.ff.de capitu.& l.capitaliũ.in §. ad ſtatutus.ff. de pœnis.
& gloſſ.in c. ius genitium.1. diſtinctio. & l.1.ff. de his qui
ante ſen.ſibi mor.conſc.ubi dicitur,quod licet quomodo-
libet redimere ſanguinẽ ſuum. quod etiam dixit Bal.in l.
ſi legitimus.C.ſi cõtra ius uel vti.pub.& Oldr.in cõſi. ſuo
53.inci.conſueuit dubitari.in vlti.col.& allegat etiam do.
Par.vbi ſupra.glo.in cle.2.in uerbo,violentam.de re iudi.
quæ

quæ dicit,ꝙ licitũ eſt iniuſte carcerato rumpere iuramẽtũ
ꝙ fecit de redeundo ad carceres.Pro quibus etiam faciũt
dicta per Alex.in conſilio ſuo 144. incip.poſt redditũ pri-
mum conſilium &c.& per Alberi.de Roſa.in l.adiectos.C.
41 de epiſcop.audien.vbi dicit,ꝙ etiã clerici, † ſi vident ali-
quem iniuſte cõdemnatũ ad mortem, poſſunt eũ de facto
eripere de manibus familiæ. allegat.c. hi qui.14. qõ. 6. &
Archi.in c.cum homo.24. q.5. quod etiam dicit glo. in c.
non inferenda.23.qõ.3.Et ſubdit d.Paris in dicto ſuo tra-
cta.ſyndic.in dict. 81. char. in 4. colum. ꝙ capite punitur
42 † captus iniuſte,ſi non frangit carceres cũ poteſt.ad quod
allegant text.not.in l.non oẽs.in §.qui captus.ff.de re mili
tar.vbi tex.& glo.nota.Pro quibus vide etiam quæ ego di
xi in l.1.in 6.colum. cum ſequentib.C. de executio.rei iu
dica.& in l.1.in princ.7.col.in verſi. tamẽ iſta poſſunt &c.
ff.de quæſtio.& ſupra in §.diligenter.nu.36.& 37. Quan-
43 do autem quis dicatur iniuſte † carceratus: vel quando iu
dex dicatur iniuſte facere.dicas quod tunc,quãdo nõ fuit
ſeruatus ordo iuris,ſecundũ Ioan.Andr.& Gemi.in c.dile
cto.de ſenten.excom.in 6.& Ang.in l.prima.ff.ne quis eũ
q.& Angel.de Aret.inſtit.de actio.ĩ §.quadrupl.in 3.char.
de quo etiam dixi in d. l.1. in princ. 7. colum. ff. de quæſt.
Scias vlterius ꝙ iuſte carceratus ſi aufugit de carcere vl
44 tra ſupradictã pœnã, † etiã habetur pro cõfeſſo. ita dicit
tex.in l.in eos.ff.de cuſtodi. reor. & in l. milites agrum.in
§.penul.ff.de re mili.& voluit Specul. in titu. de præſump.
in §.2.verſicu.violenta.& ibi Ioan.Andr.in addit.& Ange
de Aret.in tract.malefi.in ver.fama publica.in 13.charta.
in verſicu.tertio quid ſi quis.& ibi dom.Augu. in addit.q
hoc intelligit iniuſte carcerato tantum. Item prædicta, ſe
cundũ eum,intelliguntur in frangente carceres: ſed ſecus
dicit eſſe in illo, qui reperit oſtium apertũ, & ideo aufu-
git.ad quod alleg.Guil.de Cuneo.& Baldum. in l.ſuccurri
tur.ff.ex quibus cauſis maiori.& Bald.in l.admonẽdi.ff.de
iureiuran.& Angel.in l.1.ff.de effra. & expilat. nã talis ſic
45 fugiens aperto carcere,† non habetur ꝓ confeſſo,ſecũdũ
doctores,in dictis locis.quod etiam voluit Ange.in l.verũ
la.



la.2.ff.de furtis.& Alexand.in l.penul.vbi late loquitur in
materia.ff.de cuſtod.reo.& habetur etiam late per Baldũ.
in conſilio ſuo 230.incipien. prim⁹ q̃ſtionis articulus &c.
in primo vol. vbi dicit quod regulariter fugiẽs de carcere
habetur pro ſuſpecto, nõ autẽ pro conuicto allegat.in §.ſi
vero in hutenti.de exhiben.reis. & nota.ꝑ Cynũ.i l.prima
C.de rap.virg.& dicit quod gloſſ.in l.eos.ff.de cuſtod.reo.
quæ dicit,ꝙ fugiens effracto carcere, habet pro confeſſo,
debet intelligi hoc modo:videlcet, quia aut quis detine-
tur pro generali inquiſitione:& tunc nõ habetur pro con
feſſo:quia ficta confeſſio ſicut vera debet cadere ſuꝑ certo.
& ideo debet crimen certũ probari:vt in l.1.C. vt omnes
cauſæ tam ciuiles quam crim.& §.neceſſitas. in authen. vt
iudic.ſine quo.ſuffra. Aut detinetur pro ĩquiſitione ſpecia
lis criminis. & tunc dicit quod aut fugit cum effractione,
vel cõſpiratione,& habet locũ d.l.eos.aut aliter,& tũc nõ
habetur pro confeſſo:punitur tamen pro motu iudicis.vt
not.Guil.de Cuneo.in l.ſuccurrit.ff.ex quibus cau. maio.
ita finaliter tenet Bald.in dicto ſuo conſilio.de quo etiã ꝑ
Bartolũ in tracta. de carceribus.in vltim.colum. An autẽ
46 carceratus † aufugiat periculo Po teſtatis: vide Bald.in l.
obſeruare.in §. proficiſci. ff. de offi. procon. & Flo. in l. ſi
bonæ fidei.ff.de rei vẽ.Bal.multũ no.in prædicto cõſi.230.
incip.primus quæſtionis articulus &c.in 1.vol. Sed queri
47 poteſt quãdo captura eſt nulla, an tunc † cuſtos, vel Po-
teſtas teneat:in quo Ange.in l.quoties. §.1.ff.de cõdi. iſti.
tenet quod nõ.& voluit Alexã.in l.ſed eximendi.ĩ §. item
ſi quis.in fi.ff. ne quis eũ qui &c. de quo etiã uide omnino
Io.de Ana.in cõſ.ſuo 53.inci.uiſis poſt me. Et teneas mẽti
dicta ꝑ do.Bar. Cæpo.in conſil.ſuo 14.incip.pro declara-
tione.in 4.col.verſi.quia ad hoc vt illa &c.vbi dixit, quod
ad hoc,vt pœna poſſit imponi ei,qui promiſit repræſẽtare
captum & carceratum pro debito, nõ eſt neceſſe quod ꝓ
48 betur, † de debito: ſed ſufficit quod fuerit captus rite ad
petitionẽ aſſerentis ſe creditorẽ,licet nõ ſit,nec audiẽ exi-
mens etiam ſi velit ꝓbare,ꝙ ille non erat creditor.allegat
d.l.ſed eximẽdi.§.1.cum l.ſeq.ff. ne quis eũ qui in ius voc.
vbi

vbi Ang.dicit quòd hoc eſt menti tenendũ perpetuo.Quid
49 autẽ in eximente a manibus familiæ † iniuſte captum,an
puniatur?vide do.Nel.in tract.bannito.in 2.parte ſecundi
temporis.qõ.31.incip.quęritur viſum &c.& omnino Per.
de Ancha.in conſil.ſuo 341.incip. viſo themate &c. vltra
me.& do. Alexan.in conſi.ſuo 35. incip.viſo themate &c.
in 2.colum.in 2.vol. vbi etiam ponit qua pœna puniatur
eximens captum de manibus familiæ,vel de carceribus,de
quo ibi per eum,ad quod vide quæ dixi ſupra,in §. oppor
tune,nu.20.Item ſcias etiam ꝙ licet frangens carceres pu
niatur,vt ſupra dixi,ita econtrario ille, qui accuſat volen
50 tem † frangere carceres conſequitur liberationẽ.ita dicit
tex.& gl.in l.in eos.ff.de cuſt.reo.de quo etiam per Bar.in
tracta.de carceribus.& poſt med.& habetur etiam ꝑ ſcri-
bentes in d.l.milites agrum.in §.penul.ff.de re milit. Scias
etiã quod mortuus in carcere,præſumitur mortuus ab of
51 ficialibus eũ cuſtodientibus,† niſi ipſi contrarium probẽt
videlicet ꝙ nec culpa nec dolo ſuo mortuus ẽ.ita dixit gl.
ſing.in l.cum ita legatur.in §.ſpecies.ff.de leg.2. quam gl.
pro ſin.allegauit Ang.de Are.in trac.maleſi.i verbo, fama
publica in 13.char.in verſi.2.quæro &c.ꝑ qua uidet text.
in l.ſi.ff.de cuſto.reo.& illam gl.etiam pro no.refert & ſe-
quitur Alex.in conſi.ſuo 157.incip.in cauſa & lite verten
te.in 2.col.in 2.vol.vbi dicit ꝙ Bald. in d.§.ſpecies.dicit ꝙ
licet obligato ad ſpeciem ſufficiat probare interitũ, licet
non probet caſum fortuitũ,ꝑ d.gl.tamen hoc fallit in eo,
qui tenetur ad cuſtodiam rõne officij publici,vel priuati:
quia nõ ſufficit ei probare interitum niſi probet caſum.ꝑ
d.glo.quod dicit ibi Bald. eſſe in cuſtode carceris ,& in ar
gentario, & in caprario portante pelles,ſeu coria aĩalium
mortuorũ dño.nam quantuncunq; conſtet de interitu,ni
ſi probet caſum mortalitatis,vel ſimilẽ caſũ,nõ releuatur
ita dicit do. Alex.in d.conſi.157.in 2.col.Item prædictam
gl.in d.l.cum ita.in §.ſpecies. ff.de leg.2.refert & ſequitur
Ioan.de Ana.in c.ad falſariorum.in 1.col.de cri.fal.& An
gel.de Aret.in tract.maleficio.in verſic.qui iudex dictum
Gayum detineri,& carcerari iuſſit.in verſi. quæro an quis
carce-



carceratus.vbi etiam alleg.aliqua alia,de quibus ibi ꝑ eũ.
Et iſta dicta in materia carceratorum magis ſpectant ad
cauſas criminales,q̃ ad ciuiles,vt de ſe patet.Sed quãtũ ad
cauſas ciuiles poſſent ẽt aliqua adduci,q̃ ſuccincte & ſum-
marie tangã.Et primo poſſent aliqua adduci circa materiã
capti & carcerati ꝑ ſuſpecto de fuga:circa q̃ materiã vide
52 † quę ego dixi ĩ l.ſi qs ne qõ.in 21.col.verſi. & primo quo
ad perſonã iudicis &c.ff.de qõ.& vide ẽt Ioan.de Ana. in
conſi.53.inci.viſis &c.& ibi omnino in addi. ad conſilium
55.in 1.col.& do.Fely.in c.2.in 1.col.de homicid.Barb.in
c.quanto.in 7.col.de conſue.& dom.Fely.in c.ſi vero.el j.
in 2.col.de ſenten.excommu.& Ludo.Rom.in conſi.320.
incip.hæc iſtorum quinque &c. in princ. Bald. in conſilio
238.incip.in 4.cauſa carcerati.in 4.volum.& in conſ.217.
incip.iſta captura.in eod.volu.& Lud.Rom.in conſi. 242.
incip.vnum eſt &c.& dom. Ioan.Bapt. de Caccialupis in
tract.ſuo de debitoribus ſuſpectis & fugi.in ver.4.in prin.
& vide Iaſ.inſti.de actio.in prin.in quibus omnibus locis.
pluratraduntur a doct.prædictis circa hanc materiã capti
pro ſuſpecto de fuga.Quæri etiam poteſt de no.quæſtione
videlicet,ſi creditor fecit capi,& carcerari debitorẽ , vtrũ
53 ipſo exiſtente carcerato,† poſſit ipſe creditor petere mit
ti in tenutam bonorum ſuarum? in quo Bart.in l.conſen-
taneum.C.quomodo & quando iudex.in vlt.col. in verſi.
quæro ſecũdo ſi aliquis &c.& Bal.in l.ignorare.C.de teſt.
mili.& Pet.de Anch.in c.1.de eo qui mit.in poſ. rei ſeruã.
cauſa dixerunt ꝙ ſic.ſ.quod debet admitti ad dictam tenu
tam:quia iſta duo tendunt ad eundem effectum , & vnum
non eſt contrarium alteri.& illam doctrinam Bart. in d.l.
conſentaneũ.& aliorum proxime allegatorũ refert & ſe-
quitur do.Alex.in conſi.ſuo 477.incip.in cauſa ſtrazaro-
lorum.in penul.col.vbi refert prædictos.Sed tu ultra eum
dicas,ꝙ idem dixit Archi.in rub.de eo qui mit.in poſ. rei
ſer.cauſa.in 6.col.& Bal.in l.1.§.ſi.in ſi. penul.col.ff.ſi quis
ius di.non obtem.vbi pro hoc etiam dicit fore bonũ text.
in c.quoniam frequenter.§.ſi.vt lite nõ conteſt.& idem te
net Paul.de Caſtr.in l.4. in §. ait pretor.circa fin.& ibi in
§.ſe-

§.ſequen.ff.de re iudi.vbi allegat Bart.in d.l. cōſentaneū.
Et idem etiam firmat Paul.de Caſtr. in l.qui.legati ꝑ illū
tex.C. ut in poſ.lega. & ibi allegat quāplura iura ad hoc,
& reprobat tenentes contrarium. & idem etiam expreſſe
tenet idē Pau.de Caſtr.in l.ſi Stichum. in §.idē Celſus.ff.
de nouatio.& Ange.in l.qui reſtituere.in ulti.col.verſi.in
glo.in fi.ff.de rei ven. & Abb.in c. pro ut in ult.col. de do
lo & contu.& Ang. in l. aduerſus.C. de actio. & oblig. &
Car.Alexā.in c.dilectus.in 2.col.ver.no.text.ibi. ꝓpter ꝙ
&c.de appel.& do. Alexan. in d.l.4. in §. ſi ex cōuentione.
ff.de re iudi.pro qua opi. facit optime gloſſ. in authē. de
fi deiuſſo.in prin.quæ incip.quid ſi pignus, quā dixit ſing.
Bal.ī l.q legati.C.uc ī poſ.lega.& faciunt etiā dicta ꝑ Bar.
in l.ſancimus.in tertia col.C.de iud.& in l.1.in ult.col.C.
de prohi.ſeq.accu.& per Bal.in authē.quæ ſupplicatio.C.
de preci.impe.offe.& in d.l.qui legati. & faciunt dicta per
Angel.in l.nemo carcerem.C.de exact. tribu.lib.11.circa
3.col.Et facit quod uoluit Bal.in c.dilectus. in 2. colū.de
54 appella.ubi.dixit quod carcer † nō ſoluit debitū, ſed bur
ſa, & idem dicit ibi.Car.Alexā.in 2. colu. & faciunt plu-
ra alia,quæ adduxi in l.vnius facinoris.in §.cuſtodiæ.in 6.
& 7.colum.ff.de quæſtio.ubi circa hanc materiā late. locu
tus ſum.Sed ultra omnia quæ ibi dixi addo no.uerba Bal.
in c.contingit.in 6.col. de dolo & contu. ubi dicit, ꝙ ca-
55 ptura rei principalis † non liberat fideiuſſorē, ſed dicit ꝙ
imo uterque poteſt capi.ad qđ allegat l.hæres à debitore.
§.ꝙ ſi ſeruus. & ibi Bart. ff.de fideiuſſ. & allegat rationem
dicēs,qđ licet ſit deuentum ad capturā,nō tamē eſt ſatisfa
ctum. Et idem dicit econtra:vz, ſi primo ſit captus fide-
iuſſor, quod poteſt etiam capi reus principalis, nec iuuat
reus,ſi fideiuſſor appellat a captura: ut in l.creditor.ff.mā
dati.in prin.ubi gloſſ. ſing. de quo latius ibi per eū. quem
uide.Et uide etiam Ang.in l.nemo carcerē.in 2.colum.C.
de exac.tribu.ubi dicit circa hanc materiam, qđ uno con
textu non poteſt pati tenuta, & carceratio: ſed unū poſt
aliud peri poteſt.& dixit Bal. in l.creditor.la 2.ff.ſi cer.pe
ta.ꝙ quando creditor habet pignus, nō poteſt iurare debi
torem



torem ſuſpectum de fuga: qđ credo verum vt excludatur
timor fugæ:& quia acceptādo pignus, vr̄ eo modo appro
baſſe perſonā debitoris:& ſic dictum Bal.non videtur con
tra ſupra dicta.ad quæ ēt uide quæ dixi in repe.mea, rub.
ff.de fideiuſſ.in 59.quæſtio.Et circa hanc materiā capturæ
56 tenē mēti duo.Primo qđ ad hoc,vt perueniri poſſit, † ad
capturā perſonæ debitoris,nō ſolū eſt neceſſaria excuſſio
bonorū illius,qui dicitur debitor,ſed etiā fideiuſſoris ei⁹:
cū & ſideiuſſoris facultates quo ad effectū ſolutionis eius
debito, ꝓ quo fideiuſſit facultatibus ipſius debitoris aggre
garæ cenſeantur.tex.eſt not.in l.ſi plures.in §.præterea. el
2.de fideiuſſo.ita dicit Lud.Rom.in conſi. ſuo 320. incip.
hæc iſtorum quinque.in princ. quod eſt not. in practica.
de quo etiam dixi in ſing.meo 3.incip.ad hoc.Et ſi ipſe de
57 bitor hēt bona in alieno territorio , † an illa ſint etiam
excutienda.& releuēt ipſum a captura? vide Bald.in conſil.
ſuo 248. incip. in cauſa Baptiſtæ &c.in 4.volu.& Paul.de
Caſt.in l.ſi fideicommiſſum,§.1.ff.de iud.Secundo tene ēt
58 menti, qđ ſequeſtratio bonorum † nunquam pōt fieri in
bonis alicuius, quādo offert realiter ſatiſdatio de iudicio
ſiſti,& de iudicato ſoluēdo,& de bonis nō dilapidādis. ita
dixit Ludo.Rom.in conſilio ſuo 312.incip. circa præpoſi-
tam &c.in verſi.quo ad tertium.vbi plura ad hoc elleg.de
quibus ibi per eum &c.Modo iuxta prędicta quęri poteſt,
59 an captura ꝑſonæ,quæ poteſt fieri contra debitorē princi
palē,† poſſit etiam fieri contra eius hæredē . de quo vide
Bart.in l. deceſſerit. & ibi ēt per Alex.& alios.ff.qui ſatiſ-
da.cog.& per Bar.in l.alia.in §.eleganter.ff.ſolut. matrim.
& per Bart. in l. poſtulante.in princ.ff.ad Trebellia.& per
Bal.in l.diuerſos.in 10.quæſtione.C.mandati.& per Saly.
in l.fi.§.in computatione.C.de iure delib.ubi nota. loqui
tur.de quo etiam per Ang.in l.3.ad fin.C.de pigno.& per
Socin.not.loquentem in conſi.ſuo 120.incip. cum in præ
ſenti &c.in 10.col.verſi.quarto principaliter. vbi facit dif
ferentiam,an verba ſtatuti loquantur in rem, an in perſo
nam.de quo latius ibi ꝑ eū.vbi etiam ſubdit, ꝙ quādo hæ
res adiuit hæreditatē cū beneficio inuentarii,ꝙ nullo mo

60 do poteſt fieri executio † ī ꝑſonā ipſius hæredis, ita dicit
voluiſſe Bal.in d.l.fi.§.ī computatione.C.de iure deliberā.
& Bal.in cōſilio ſuo 380.incip.uiſis omnibus &c. de quo
ibi latius per eum.de quo etiam vide ꝑ Bal.in reperto.ſuo.
in verbo hæres.in vltima col.in verſic. hæres de iure cano
nico &c. Quæri etiā poteſt circa hāc materiā carceris,ſeu
carceratorum de cauſis, propter quas q̄s carcerari poſſit,
& de perſonis,quæ poſſint carcerari,& in q̄bus caſibus ſit
licita,ſeu ꝑmiſſa carceratio, & quæ perſonæ ꝓ cauſa ciui-
61 li carcerari poſſint? Circa primū propter quas cauſas † q̄s
carcerari poſſit,vide Bar.in l.1.de cuſto.reo.& Bal.in l.2.
C.de epiſco. au. & Bart. in d.ſuo tracta. carcera. & Ange.
Aret. in tracta. malefi. in verbo,fama publica. in materia
capturæ vbi late loquit̄.Circa ſecundum quæ ꝑſonæ capi
62 poſſint?dicas † ꝙ aliquæ ſunt perſonæ, q̄ ꝓ debito ciuili
63 capi nō poſſunt, vt eſt mulier, quæ ꝓ debito † ciuili capi
nō poteſt:vt in l.1.C.de officio diuerſorū iudi.& in authē.
ſed nouo iure.C.de cuſto.reorū,& voluit Barto.in authē.
matri & auiæ in 4.col.C. quando mulier officio tu. fung.
pōt.Bar.in l.ſi quis ſub cōditione. in 9. col. ff.de teſta. tut.
Bal.ī l.1.ff.qui ſatiſda.cogan.Bal.ī l.1.in 4.col.C.qui bonis
ce.poſ.Bal.in l.etiā.in 5.col.C.de execu. rei iudi.Bal.in l.
conſentaneū in penul.col.C. quomodo & quādo iud. Bal.
& Ioan.de Imol.in l.ſi quis poſt.ff.de teſta. Ludo.Roma.ī
l.aliam.in §.eleganter.in 4. col.ff. ſolut. matri.Mathæ. in
not.ſuo cix.Et ſimiliter ipſa mulier nō poteſt detineri ſeu
64 carcerari ſi nō poteſt fideiubere, † ſecundum Bald. in l.
3.C.de epiſcopali audi.& in addition.Specu.ī titu. de ſen.
in penul.charta. in verſic. Titius fideiuſſit &c. & Ludoui.
Rom.in conſilio 118.incip.quo ad primū.Quod tamen li
mitatur, niſi cauſa tutelæ & eius adminiſtrationis: q̄s ꝓ
65 tali cauſa bene poterit mulier carcerari,† ſecundū Barto.
in d.l.ſi quis ſub conditione.ff.de teſta.tut. & in d.authen.
matri & auiæ.& Ludo.Roma. in dicto cōſil.118. & in d.§.
eleganter.& Aug.in l. quoniā.C. de cuſto. & Bar. in trac.
de carceribus.& Mathæ.in dicto not.cix. Aduertas tamen
tu, nam licet Bar.& alij in dictis locis teneāt hāc partem,



ꝙ mulier tutrix pro cauſa tutelæ & eius adminiſtrationis
poſſit capi & carcerari:tamē ego puto eos nō recte loqui,
eo quia mater nō poteſt cōueniri ī plus q̄ facere poteſt.vt
ī l.ſunt qui.in fine.ff.de re iudi. ergo nō poterit carcerari:
quia habebit exceptionē ne cōueniatur niſi inquantū face
re poteſt, ſicut videmus ꝙ per ceſſionē bonorū quis etiā
non priuilegiatus euitat carceres: vt in l.1. & fina.C. qui
bo.ced.poſ.ergo multomagis perſonæ priuilegatæ, ne cō
ueniat̄ in plus q̄ facere poſſint, nō debebūt carcerari. ita
formaliter dixit Car.Alexā.in c.ex parte M. in vlt. col. de
appel.vbi dicit ita voluiſſe Alb.de Roſa. in l.vbi adhuc.in
21.col.C. de iure doti. quæ opi. mihi placet ꝓpter dictas
rationes,ad quas miror Bart. & ſequa.ī dictis locis nō ani
maduertiſſe. Limita etiam prędictam concluſionē nō pro
66 cedere, nec locū habere in muliere meretrice: † quia ta-
lis carcerari poterit pro debito,ſecundū Bal.in l. conſen-
taneū. C.quomodo & quādo iudex. & Ang.in d.l.quoniā.
C.de cuſtod.reo. & Ludo. Roma.in d.§. eleganter. Quod
67 tamē limita niſi talis meretrix ſit martiata: quia † tūc in-
carcerari nō poterit,ſecundū Ioan. And.in addi.Specu.in
titu.de iniuriis & dam.dato. de qua materia latiꝰ loquutꝰ
ſum in ſing.meo 248.inc. conditio mulierū.vbi videas.Et
68 ſimiliter dicas in doctore, † qui pro debito carcerari nō
poteſt,ſecundum gl.& docto.in l.medicos.C. de ꝓfeſſo.&
me.lib.10. & Bart. in d. tractatu. de carceribus. & domi.
Alex.ī l.ſi quis.ff.de fur. vbi dicit idem eſſe in filiis, & vxo
ribus doctorū.& vide Milū ī reperto. ſuo,ī verbo, carce
69 rari. in 2. verſi. & omnino Mathæ. in not.ſuo 59. incipi.
nota quod legum doctores &c. Quid autē in filiofamilias
† an poſſit ꝓ debito carcerari? ī quo Bartol.ī tract. de car
ceribꝰ,tenet ꝙ ſic.ī prima col.& ibi alleg.rationes de quo
ēt ꝑ Bart. & alios.in l.ſi filio.ff.ſo.ma.la.2.& doct. ī l.filius.
ff.de procu.& Bal.poſt Cyn.in l.alio.C.quod cū eo.Gloſ.
tamen videtur tenere cōtrarium.in l.3.in §.ſed vtrū.ff.de
minoribus.ſed illa glo.reprobat̄ ſecundū Bart.in d. tracta.
de carceribus.in 1.col.de quo etiā per Alexan.in l. ſi dubi
tetur.in §.filiusfam.ff.de fideiuſſo. & per Bald.in.l.2. C. de

70 obſequijs.Sed quid in clerico † an poſſit ꝑ debito carce-
rari?in quo dicas ꝙ ſic,ſm Bal.do.Anto.& Abb.in c. dile
ctus.vbi etiam vide Card.Alex.in 2.not.de appel.vbi ipſe
Card.arguit pro contraria parte,& non ſoluit.Contrariū
tamen,quod imo non poſſint clerici capi pro debito ciui
li tenuit Ioan.And.in c.ſi clericos.de ſenten.excom.lib.6.
ad quod alleg.illum text.in c.lator.de pign.& eum refert
& ſequitur Mathæ.in no.ſuo 60. incip.not.quod clerici.&
idem etiam firmat domi.Nico.milus in repert.ſuo.in ver
bo,clericus.in 6.verſi.vbi plura alleg. & idem tenet gloſſ.
in c.dilectus.in 1.gloſſ.de appel.vbi etiam per doct. & per
Inno.in c.vt famæ.in glo.verſi.prælatorum.de ſenten.ex-
com.& per do.Phil.de Peruſio.in d.c.dilectus.& per Ioan.
And.in c.nullus.de pigno.& per Card.in clem. 1. de offic.
ordi.Hanc tñ concluſionem intellige eſſe veram in debito
ciuili tm̄: ſecus autē in debito deſcendente ex delicto vel
quaſi: quia pro tali debito clericus poteſt carcerari ſm
doc.in dictis locis. An autem clericus poſſit ex aliqua cau
71 ſa † capi a laico vt præſentetur iudici eccleſiaſtico,vide la
te per Alex.in l.Titii.ff.de fur.in appoſtil. quæ incip. ſi qs
& vide etiam Ange.de Aret.in tract.maleficiorum.in ver
bo,fama publica.in verſic. nono not.&c. & dom.Anto.&
alios in c.cum nō ab homine.de iudi.Hoſt.in c.nuper. de
ſenten.excō.Ioan.de Ligna.& alios in clem.1.de offic. or
di.Inno.in c.ſi vero.de ſenten.excom.& Ang.in l. ictus fu
ſtium.ff.de his qui not.infami.& ibi Bar. & Bald.in c.1. §.
ſi quis.de pace.iura.fir.& Gemin.poſt.Archidia.can.de his
clericis. el 2.& in can. ante omnia 25.diſtinct. & Gemin.
in c.de his 50.diſt.& Bal.in l.nec timorē.ff.quod met.cau.
72 Vlterius ſcias ꝙ iudex obligatus eſt † viſitare carceratos ,
& curare ꝙ habeant neceſſaria:vt habetur in l.3.C.de e-
piſ.au.& ſi iudex uidet aliquem carceratum ſine cauſa,vel
ſine delicto,vel ad nullius petitionem, tunc poteſt ex me-
ro officio ſuo eum relaxare,ita dixit Angel.de Are.in ſuo
trac.maleſi.in verbo,fama publica.in 14.char.in verſic. &
aduertas &c.vbi alleg.ad hoc Bar.in l.ſi quis uxori.in §.fu
gitiuum.ff.de furtis.& ibi ſubdit,ꝙ ſi ſunt duo, uel plures





73 cuſtodes carcerū,& unus ex eis aufugiat cū carcerato,† ꝙ
alii cuſtodes aliquo mō non tenentur.alleg.tex.in l.fina.§.
1.ff.de cuſto.reo.& Bal.in l.filio exhæredato.§. eius qui. ff.
de iniuſto teſt.qđ dicit perpetuo eſſe notan. qui ipſe hoc
habuit in facto in ciuitate Caſtelli,& illū tex.in d.l. fi.§. 1.
ff.de cuſt.reo.dixit ad hoc ſing.Lud.Rom.in ſingu.ſuo 30.
incip.ſi dictat ſtatutum &c.

Scias etiam ꝙ ſi aliquis creditor facit ſuū debitorē car-
cerari,ꝗ debitor nō ſit ſoluēdo &adeo,ſit pauper,ꝙ nō poſ
74 ſit ſe † ſuſtentare,ꝙ tūc creditor tenetur ipſum debitorē
alere in carceribus.ita dixit Ray.de for.in l.iudices. C. de
epiſ.aud.quem refert & ſequitur Bar.in d.ſuo tract. de car
ceribus.in ultimis uerbis:de quo etiam per Ang. de Are.ī
§.fin.in fin.inſti.de act.& uide glo.in l.fi.C.de eroga.milit.
anno.lib.12.& uide Bart.in l.ſanctum.in prin.ff.de rerum
diuiſio.& Ang.in l.minime.C.de appe.& do.Augu.de Ari.
in ſuis addi.ad Ang.de Are.in trac.maleſi.in uerſicu.fama
pub.in 14.char.in pen.addi. Scias enim ulterius quod cā
75 carceratorū eſt † ſummaria,ſicut cā miſerabiliū perſona-
rū.ita dicit Cyn.in l.fi.C.ſi quis alteri uel ſibi. quē refert
& ſequitur Bar.in tract.ſuo carcera.in fin.ubi etiam alleg.
Cyn.in l.1.C.quando impera.inter pupil.& uiduas,& di-
cit quod de hoc uidetur eſſe tex.in l.fina.C.de cuſto.reoru.
76 Et ſubdit ꝙ carcerati dicuntur miſerabiles † perſonæ, &
ꝙ relicta carceratorum dicuntur relicta ad pias cauſas, de
quo etiam per Bal.in l.ſi id quod.C.de ſacroſan.eccleſi. &
in l.fin.C.de cuſto.reo.& Specu.in titu.de feriis:in §.2.cir
ca prin.uerſi.poteſt autem.& per docto.in l.diuus.ff. de fe
riis.de quo etiam dixi ſupra,in §. nunc uidendum.nu. 11.
12.& 13.ubi etiam alia adduxi in materia iſta. Vltimo ēt
circa hanc materiam carcerum , & carceratorum ſcias
& teneas perpetuo mēti unū uidelicet,ꝙ ad hoc,ut iudex
poſſit facere aliquem perſonaliter capi,dēt eſſe iudex or-
77 dinarius,† & debet habere imperiū alias ſimplices magi
ſtratus habentes iuriſdictionem & non imperium,nō poſ
ſunt hoc facere,vt ſunt Cōſules mercatorum,& Rectores
uniuerſitatum.ita no. dixit Pau.de Caſt.in l. cum propo-

nas.C.de bonis auto.iudi.poſ.Et idẽ dicit eſſe in iudice de
78 legato,† qui eodem mõ non poteſt facere capi aliquem,&
ad prædicta alle.bonum tex.iuncta gl.in auth.ei qui iurat.
eo.tit.& hoc ibi in d.authen.voluit etiam Bald.in 5.col.in
ver.itẽ not.ꝙ ſiue quis &c.& in verſ.ibi.ſequenti. & idem
voluit Bal.in auth.& omnino.in 3.col.verſi.circa perſonã
iudicis &c.C.ne vxor pro ma.quod eſt multum no.in pra
ctica.Et iſta ſunt in effectu, quæ mihi occurrũt in materia
carcerum,& carceratorum,licet poſſent alia plura addu-
ci, ſed pro nunc iſtis tantum contentus ero, cum iudicio
meo ſint vtiliora,& frequentiora aliis. Veniam modo ad
§.vltimum præſentis operis

*S V M M A R I V M.*

1 *Iudex cauſarum criminalium cuncta maturæ conſideret.*
2 *Iudicis præcipitata voluntas eſt nouerca iuſtitiæ*
3 *Defenſiones rei an audiendæ poſt concluſionem in cauſa.*
4 *Munerum abſtinentia commendantur.*
5 *Iudex in mitiorem ſemper partem inclinare debet.*
6 *Pars benignior in teſtibus pari numero diſcordantibus præua-
lere debet.*
7 *Iudex maiorem honorem conſequitur in abſoluendo, quam in
condemnando.*
8 *Chriſti omnis actio eſt noſtra inſtructio.*
9 *Miſericordiam qui negant facere, negant Chriſtum.*
10 *Peccare in miſericordia melius eſt, quam in ſeueritate.*
11 *Scientia quæ miſericordiam vetat cauenda eſt.*
12 *Iudicium ſine miſericordia erit illis, qui nolunt facere miſericor
diam delinquentibus.*
13 *Iuſtus nimis nullus eſſe debet.*
14 *Miſericordiam præſtans eleemoſynam facit.*

§. OCcurrunt mihi lector optime,aliqua vltimo
loco tibi rememorare magis exhortatio-
nis, quam doctrinæ gratia, quæ tibi inſer
uient ad honorem & ſalutem animæ, & ad
euitandum retia ſyndicatus, ſi ea diligen-
ter



ter attendes: iõ aduertas dũ eris iudex cãuum criminaliũ,
ꝙ ſi coram te agitabitur aliqua cã in qua tractetur de re ir
retractabili,vel de præiudicio irreparabili,vt de dãdo tor
turã vel de pœna vitæ,vel mutilationis membrorũ,vel de
alia re,vel pœna,in qua nihil operatur pęnitẽtia:vt in tali
bus non feſtines,nec fulmines ſniam diffinitiuam, vel in-
terlocutoriã,quando contrarium facientibus ſæpius vana
& fruſtratoria pœnitentia eſt ſibi comes:ſed in talibus di
1 ligẽter cogita,& animaduertas cũcta maturę rimãdo,†iux
ta tex.in c.indicante.30.q.5.& text.in c.graue.35.q.9.ubi
dicit text.ꝙ fructus diuinus eſt iuſtitiam ſæpius recenſe-
ri.Et memoria habeat dictũ Card.per illum tex. in clem.
paſtoralis,in §.verũ.in prin.de re iudi.vbi dixit,ꝙ præcipi
2 tata voluntas iudicis eſt † nouerca iuſtitiæ pro quo facit il
lud vulgare,vꝫ,repentinæ reſponſionis comes eſt pœni-
tentia.Et ſi iſta habent locũ in cauſis ciuilibus vt in dictis
iuribus,quantomagis debent habere locũ in criminalibꝰ:
nã vbi maius eſt periculũ,ibi cautius eſt agendum,ca. vbi
periculum.de elec.lib.6.& l.1.§. ſed & ſi quis.ff. de carbo.
edict.c.quieſcamus.42.diſt. & 7.q.2.cano.fin.& cano.mi-
ramur.61.diſt.Et facit pro prædictis etiam illud,videlicet,
manus nemini cito impoſueris &c.vt dixit tex.in d.c.mira
mur circa medium.Et faciunt etiam plura,quæ dicuntur,
de breuitate temporis,quæ adduxi ſupra.in §.nunc viden
dum,nu.33. Et ideo his attentis iudex in ſimilib.a ſe abij-
ciat feſtinantiam,ſed potius adhæreat tarditati, vt euitet
omne periculum animæ & corporis. Et iſta non profero
ſine cauſa.nam pluries vidi aliquos iudices maleficiorũ iu
uenes minime præuidẽtes futura, qui ſtatim procedũt ad
torturam reorum,& eos quãdoque reperiunt innocentes
quo patefacto eos pœnitet tales reos torſiſſe,ſed talis ſera
pœnitẽtia,nec ipſius iudicibus imprudentibus,nec ẽt ipſis
reis prodeſt.Secundo etiam mẽti habeas,dũ eris iudex ma
leficiorũ,vt facilis ſis in præſtando audientiã reo accuſa-
to,vel inquiſito,vel agentibus pro eo:nã benigna audiẽtia
iudicis videtur quodãmodo præſtare tolerãtiam pęnę im
poſitæ ipſi reo,& ecõtra: impatientia iudicis & arrogãtia

in audiendo reum,& agentes pro eo ſæpius reducũt ipſum
reum,& affines ſuos in deſperationẽ, & ad effundẽdas que
relas ſuas vbique,tã ad ſuperiores, q̃ ad quoſcunque alios
ex quo magis inclinantur & incitantur ad ſyndicatum cõ
tra ipſum iudicẽ, quod ſecus eſt quãdo iudex fuit facilis in
audiẽdo iura ipſius rei.nam dicunt rei inter ſe, non defuit
mihi audientia iudicis,ſed ius me cõdemnauit, & hoc quo
dammodo cogit eos ad patientiã de cõdemnatione ſequu
ta. Et talis audiẽtia debet p̃ſtari per iudicem ipſi reo, vel
agẽtibus ꝓ eo nedũ in principio, & in medio cauſæ,ſed ẽt
quocunque tẽpore reo poſtulante. l. vnius.§.cogniturũ.in
ver.reo poſtulante.& ibi dixi ff.de quæſt.Quinimo etiam
8 poſt cõcluſum in cauſa † defenſiones rei ſunt audiẽdę.vt di
xi ſupra,in §.ſequens quęſtio.nume.6. & 8. & in §. vltima
quęſtio.nume.26.Quiuimo ẽt poſt ſententiã debẽt audiri
defenſiones rei,vt dixi ſupra.in §.opportune. num.8.& in
§.ſecunda quæſtio.nu. 29. & in §.vltima quæſtio. nu.14.&
in §.opportune.nu.17. Et nõ ſolũ iudex debet audire reũ,
& agẽtes pro eo patiẽter,ſed imo ipſe iudex debet ex offi
cio ſuo,nemine petẽte,quærere defenſiones rei, vt dixi ſu
pra, in §.nunc viden.num.7.& in §.ſequitur, nume.43.Et
tene menti quãdo eris iudex vt ſeueriter in cauſis crimina
libus non procedas, quoniã iudex ſeueriter procedens in
cauſis criminalibus,debet priuari iuriſditione, vt dixi,ſu-
pra.in §.expedita.nume.86. Ad quod facit illud qđ Theo
doſius Honorio filio præcipiens inquit, Sis pius in pri-
mis:nam cũ vincamur in omni munere, ſola Deos æquat
clementia nobis. Aſperitas enim, ſeu ſeueritas apud quem
libet prudentem damnatur: & quod tibi fieri non velles,
alteri nõ facias.Sis enim memor qđ homo eſt factura ſeu
creatura Dei,non autẽ hominis: & menti quoque habeas
qđ omnis homo mendax, & quod ſepties in die cadit iu-
ſtus.& ſatis melius eſt peccare in pietate, quam in ſeueri-
tate:vt dicit text.in c.allegant.36.quæſtio. 7. Tertio ſi vis
aſſumere officium iudicis maleficiorum,diligenter aduer-
tas vt habeas doctrinam, & ſcientiam ad tale officium
exercendum, cum ſæpius iudex ignoranter procedens
pluribus



pluribus modis faciat litem ſuam: vt patet in toto titulo.
C.de pœna iudi.qui male iudica.& dixi, ſupra in pluribus
locis. Iudex enim, qui non habet ſcientiam, nec intelli-
gentiam eorum, quæ facturus eſt, ſæpius vituperatur, &
ſumme damnificatur, & quãdoque efficitur fabula vulgi:
& de hoc expertus loquor. Nam licet ego minimus ſim,
attamen multis & quampluribus vicibus ad me venerunt
cauſarum ciuilium,& criminalium iudices petẽtes quid fa
cturi eſſent in aliquibus cauſis.& proceſſibus corã eis pen
dẽtibus:de quo ego magis quã ipſi erubui,tñ dixi illud,qđ
mihi in iure occurrebat circa tales cauſas & ꝓceſſus. Sed
vere periculoſum, & turpiſſimum eſt ſe alere manu alte-
rius, & non propria: ideo ſi non ſentis in te ſcientiam &
ſufficientiam,noli acceptare officia,maxime criminalia,in
quibus conſiſtit pondus diei & æſtus:vt dixit Bald.in addi.
Specu.in tutu.de confeſ.in verſi.iſta cõfeſſio nõ debet &c.
de quo dixi in rubri.ff.de ſica.aliter autem faciẽdo,& acce
ptando officia ſine ſciẽtia,& ſufficiẽtia, conſumis tempus
in vanũ,& amittis honorem,& lucrum cum dedecore tuo:
& iſta bene nota,& erige aures tu, q cupis habere officia,
maxime criminalia,& ea nõ poſtponas, & ſępius repetas il
lud tritũ & vulgatum,videlicet,ꝙ omnis ignorans malus,
& plus ſibiipſi quam aliis, malus.Et qui habet aures audiẽ
di audiat.Quarto ſi eris iudex cauſarum ciuilium vel cri-
minaliũ,abſtinens te a muneribus ſi vis eſſe iuſtus,& recte
4 ꝓcedere.Nã ſæpiſſime † munera euertunt iuſticiam & ex
cecant oculos ſapiẽtum,& mutant verba iuſtorũ.ita ſcribi
tur Deutero.c.15.Pro quo facit tex.in c.qui recte. 11.q.3.
vbi dicitur,quo acceptio munerum præuaricatio veritatis
eſt.& iſta dicta refert Ange.& poſt eum Iaſ.in l.nõ dubiũ,
in prin.C.de teſt. Pro quibus faciũt not.verba text.in d.c.
qui recte.in fi.vbi dicit,qui excutit manus ſuas ab oĩ mu-
nere,habitabit in cœlis.Et facit optime text. in c.pauper.
11.q. 3. in ver. cito violatur auro iuſticia &c. Sæpe etiam
iudex quicunq;,& legat & ante oculos habeat text.in c.cũ
eterni.in prin.de re iudi. lib. 6. vbi alloquens iudicem di-
cit,caueant iudices & prudenter attendat, vt in cauſarum
proceſſibus

proceſſibus nil vendicet odiũ vel fauor vſurpet,timor exu
let,præmium aut expectatio præmij iuſtitiam nõ euertat,
ſed ſtateram geſtent in manibus, & æquo libramine ꝓce-
dant,vt in omnibus,quæ in cauſis agenda fuerint p̃ſertim
in concipiendis,& ferendis ſententiis.præ oculis habeãt ſo
lum Deum &c.ad quod etiam optime facit c. quatuor.cũ.
c.ibi ſequent.11.quæſtio.3. & c. quoties extra de teſt.Et ſi
militer apud iudicem lachrymis nullus ſit locus:qa ſolẽt ſe
cum ferre inſidias,maxime ſi a mulieribus proueniunt.&
ideó lachrymę nõ proſint cadẽti: qa iuſtitia lachrymis nõ
regitur,nec officia lachrymis gubernãtur. Quinto & vlti-
mo iudex ſemper inclinet in benigniorem, & humaniorẽ
partem,& minorem pœnam amplectatur ſequens iuris re
5 gulam † quæ dixit,quod ſemper in dubijs & obſcuris.de re
gulis iuris.in 6.& in l.ſemper in obſcuris. ff.eo.& l.factum
cuiquam.§.fi.eo.titu.& in l.merito.ff. pro ſoc.& in l.Arria
nus. ff. de act. & oblig. & in cap. eos vero. l. diſt. & dixit
Bald.in c.duobus.in 1.colum.verſi. quid ſi iudices.de re iu
6 di.† ꝙ in teſtibus pari numero diſcordantibus p̃ualet be-
nignior pars.pro ꝗbus faciũt dicta per d. Felyn.in cap.ad-
uerſario tuo.in 3.colum.de exce.de qua materia late vltra
omnes loquutus ſum in repeti.mea.l.fin.C.de probat.in l.
4.& habetur etiam per Iaſo.in l.fructus.in 3. colum.verſi.
3.adde &c.cum ver.ſequen.ff.ſolut. matrimo. Item peccet
ſemper iudex magis in pietate & clementia, quam in cru
delitate & atrocitate:in dubijs potius abſoluat,quã cõdẽ-
7 net:nam † maiorẽ honorẽ conſequitur iudex in abſoluen
do,quam in condẽnando:vt dicit Paul. de Caſt.in conſilio
ſuo 197.incip.viſa inquiſitione &c. in vltimis verbis.Pro
quo faciunt dicta per Pet.de Anchara. in conſi. 23. incip.
viſa inquiſitione &c.vbi inuehit contra iudices maleficio-
rum, qui anhelant ad condemnationem, quando per viã
inqſitionis procedunt:& iſta ponit do.Philip.Decius.in cõ
ſilio ſuo.189.inci.letatus ſum &c.in vlt.colum.poſt princ.
& dixit Bald. in conſilio ſuo 403. incip. quidam fuit &c.
in fi. verb. in 3. volu. ꝙ iſtius peccatur in abſoluendo,
quam in condemnando.allega.l.item Mela.in §. ſi plures.
ff.ad


ff.ad leg. Aquil. & idem dixit d. Philip. Decius in conſil.
175.incip.in cauſa falſitatis &c.in vltim. col. Item in con-
demnando minor pœna eſt eligenda. l. penul. & fin. ff.de
pœnis,& voluit Cardi.Alexand. in c. rurſus. in 5.col.ex-
tra qui cle.vel vouen.& Cepo.in l.ſi fugitiui. in 6.& 7.col.
C.de ſeruis fugitiuis pro quibus faciũt not. verba do.Ioã.
de Neuizano in ſua ſylua nuptiali.in vltim.char.in prima
col.poſt princ.Et ideo quãdo tu eris iudex maleficiorũ, nõ
cures ſeueriter procedere, nec ſemper imponas reo pœnã
mortis,ẽt lege permittente, vt pro delicto per eum com-
miſſo debeat mortẽ pati.Sis enim memor illius carminis.
Si quoties peccãt homines ſua fulmina mittat Iuppiter,
exiguo tẽpore nullus erit. Sequere legẽ humanã,& diui-
nã,q̃ magis vtũtur pietate & miſericordia, quã aſperitate
& crudelitate. & conſidera ꝙ oĩs Chriſti actio, noſtra eſt
8 inſtructio † ca.ſignificaſti.de elec. pro quo facit.c.cũ paſto
ris.2.q.7.& probat tex.in c.exemplũ.12.q.1.& voluit Spe
cul.in titul. de teſte. §.primo. in 26.colum. verſic.Chriſti
enim actio &c.& probat text.2.q.1.& in c.1.de ſepult.& di
xit Cardi.in cle.1.in prin.de magiſt.& tex.in l.imperialis.
C. de nup. Sed Chriſtus dixit nolo mortẽ peccatoris, ſed
vt cõuertatur & viuat.quæ verba refert tex. in c. quia di-
uinitatis.de pœniten. diſtin. 1. & tex.in c. admonere. 32.
q. 2. & facit tex. in authen. vt non luxur.contra natu.poſt
prin.vbi dicit tex.miſericordia Dei: non perditionem,ſed
cõuerſionem & ſalutẽ vult. Et facit quod per eccleſiã poſt
celebrationẽ miſſę dicitur in quadam oratione, videlicet.
Deus viuorũ ſaluator omnium, qui non vis mortem pec-
catorum,nec lætaris in perditione morientiũ &c.Pro qua
opin.facit tex.in c.omnis qui 7.q. 1. vbi dicit,qui negant
9 miſericordiã facere, ipſum † Chriſtũ negant, qui eſt mi-
ſericordia & veritas.Et facit illud,videlicet.Deus cui pro-
prium eſt miſereri ſemper & parcere &c. Et facit illud qd̃
10 dicitur.Melius eſt peccare in miſericordia † quam in ſeue
ritate.c.allegant 36.q.7.& ibi ſubdit text.ſi Deus eſt beni
gnus in miſericordia eius, miniſter non debet eſſe tenax.
ꝓ quo facit.c.non ſatis.76.diſtinctio. & facit text.in c.li-
cet.

cet.45. diſtinctio. vbi dicit tex. plus erga corrigẽdos agat beniuolentia, quam ſeueritas: plus cohortatio quã cõminatio: plus charitas quam poteſtas. cum nemo noſtrũ ſine reprehenſione, aut ſine peccato viuat. Et dicit glo. in d.c.
11 licet. † ꝙ ſcientia quæ miſericordiam vetat, fugiẽda eſt. Et facit tex. in c. vera iuſtitia.45. diſtinctio. vbi dicit text. ꝙ vera iuſtitia eſt miſereri delinquẽtibus: quẽ tex. ad hoc allegat d. Franciſ. de Aret. in conſilio ſuo 145. incip. ſicut Ioannes. in vltima colum. et facit text. in capitu. ſingulis in 86. diſtinctio. vbi dicit tex. quod plenitudo virtutum eſt miſericordia. Item facit ad prædicta. Nam boni rectores ex ſua infirmitate aliorum infirmitates pẽſantes magis ꝑ humilitatis & manſuetudinis leuamentum vident peccãtes ab erroris laqueo eruere, quam ꝑ auſteritatem in foueam perditionis mutãtes propellere. ita dicit text. in c. recedite.45. diſtinctio. & facit c. conſiderandũ. 50. diſtin. Et facit text. in c. plerunque. in §. his ita reſpondetur. 2. q. 7. vbi dicit tex. qui putant miſericoriam negandã eſſe peccantibus, & de iuſtitia ſua præſumunt, à domino percuſſi intereunt: quia iudiciũ ſine miſericordia erit illis, ꝑ nolũt
12 † facere miſericordiam delinquentibus. quibus dicit̃ per Salomonem. noli eſſe nimis iuſtus. Et facit tex. in c. deniq; 4. diſt. vbi dicit tex. ꝙ qui nimium emungit, elicit ſanguinem. quod etiam dixit gloſſ. in c. ſerpens de penitẽ. diſtin.
13 1. & ibi dicit text. quod qs nõ debet eſſe nimis iuſtus. † & idem dicit text. in c. niſi cum pridem. ante medium. de renun. & ibi glo. dicit quod nimis iuſtus quãdoque in ſua iuſtitia perit. allega. c. de his. 2. q. 7. & d. c. ſerpens. ad quæ etiam vide Pet. Ancha. in conſilio ſuo 244. incip. chriſtianiſſime &c. circa medium. Et pro ſupradictis facit. c. libenter ignoſco. de pœniten. diſtin. 1. & c. diſciplina. 45. diſtin. in pluribus verſi. illius. c. & facit c. & qui emendat eadem diſtin. vbi dicit tex. quod eleemoſinã facit qui miſeri
14 cordiã † præſtat & facit gl. in c. fina. in verbo. in humaniorem. extra de tranſactio. Ex quibus omnibꝰ ſatis puto conſtare, quod non ſemper iudex debet reum morti tradere, ſed mitiꝰ ſecũ agere, licet de iure eſſet puniẽdꝰ pena mortis,


tis, & ſequendo actis Chriſti, nõ debet velle mortem peccatoris: ſed vt conuertatur, & viuat. Fateor tamen ꝙ iſta nõ debent habere locum in reo comittente enorme delictum: nec in famoſo delinquente: ſed in aliis inhæreo ꝑdictæ opinioni, quod iudex miſereatur eius per iura ſuperiꝰ allegata: & recordetur ſæpe iudex quod ipſe fuit, & eſt homo humanus: & non ſanctus: & debeat ante oculos iuſtitiam mixtam cum charitate, & miſericordia, & reminiſcatur ſe moriturum: & conetur inquantum poteſt animam ſibi à Deo commodatam nitidam & innocentẽ eidẽ omnipotenti Deo reddere cũ minori ſumma peccatorũ quam poſſit: & ſit ei poſſibile, & cogitet ſe moriturum, ſi vult recte viuere iuxta illud, Memorare nouiſſima tua, & in æternum nõ peccabis. Et per hæc ſit expeditũ præſens opus huius practicæ criminalis, ĩ qua ſi aliquid boni dixi, gloria, laus, & honor ſit omnipotẽti & clemẽtiſſimo Deo, nec nõ beatiſſimæ Mariæ ſemper virgini eiꝰ matri glorioſæ, qui linguam calamumque meum gubernarunt, & texerũt. Si aũt aliquid male dictũ eſt ignorantię, meæ imputãdũ venit: omnia tamẽ bono animo, et corde protuli, credens bene, & recte loqui.

FINIS.

REGESTVM.

a b c d e f ABCDEFGHIKLMNOPQRST
VXYZ
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo.

Omnes ſunt quaterniones.

VENETIIS,
Ex Typographia Bartholomei Rubini.
M. D. LXXIIII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA